superesset penes debitorē. l. si ante. §. fi. ff. de peti. here. fm Ang. et
Ludo. ro. hic: ⁊ dicit Ang. ꝙ ad hoc proderit tex. in. l. hominũ. ff.
manda. Contra limitationē Bar. inter tex. allegatos per Mod.
stringere videtur tex. in. l. vir vxori. ff. de dote preleg. vbi maritus
qui recipit seruos in dotē, in testamēto legauit estimationē, et sic
heredes sunt debitores quātitatis respectu certe speciei, tñ non
liberať mortuis seruis ⁊c. Respõdet Bar. ibi, ꝙ istud pcedit qñ
quātitas erat incerta, sed quādo quātitas erat limitata ⁊ certa,
tunc pcedit tex. in. d. l. vir vxori. Ego puto, ꝙ aliter sit respõdēdũ,
quia ibi quātitas debetur iure legati: quia testator perseuerauit
in eadē voluntate. vt tex. ibi in fi. dicit, ⁊ sic si non perseuerasset in
eadē voluntate mortuis seruis, non deberēt heredes estimationē
prestare. Ego cõtra istā cõclusionē Bar. alleg. tex. in. l. si pecuniā.
§. fi. ff. de condic. ob cau. vide etiam tex. in. l. siue hereditaria. ff. de
nego. gest. Super quo tex. dicit hic Ange. ꝙ ibi nõ erat debitum
ob respectũ certe ⁊ determinate rei: sed propter factũ gerētis ne-
gotium. ¶ Tertio principaliter limitat Bar. ꝙ debitor quātita-
tis nõ liberať perēpta quātitate, nisi aliter cõuenisset, quia credi-
tor suscepisset in se periculũ piculi. ff. de nau. fe. vbi fortissim⁹ tex.
¶ Vltra Bar. ⁊ doc. adde quartā notabilē limitationē per tex. in
l. titius. in ver. sed nec ipsius. ff. de prescrip. ver. quem tex. ponde-
rat solus Pau. de ca. hic: et dicit, ꝙ est singularissimus ⁊ ꝙ nescit
concordanteᷓ in iure, ⁊ ꝙ per illum tex. datur notabilis limitatio
ad. l. incendium. C. si cer. peta. qñ do tibi quantitatē pecunie, et sic
transfero dominium in te, cum hoc vt si quid lucratus fueris ab
illo in antea sit tuum: pone ꝙ illa quantitas pereat dicitur ibi, ꝙ
debitor liberatur. Istam limitationem simpliciter refert Alex.
in. l. si ex legati causa. in fi. de verbo. obliga. Ego consydero, ꝙ per
illum tex. non solum limitatur regula. l. incendiũ. sed etiam limi-
tatur regula. l. pignus. C. de pig. actio. vbi periculum spectat ad
eum qui est dñs. ¶ Aliā limitationē ad. d. l. pignus. videbitis in
l. non omnis. ĵ. eo. vbi glo. singularis, quam not. ibi solus Ludo.
roma. Aduerte in illa. l. titi⁹. ego dedi pecuniā alicui, ⁊ sic transtu-
li dominium, cum hoc, vt si quid lucratus fuerit ex redditu eius,
solueret pro me tributum: ego consydero, ꝙ istud pactum fiebat
gratia creditoris principaliter, ⁊ sic erimus in simili. l. si quis nec
causam. s. eo. Sicut ergo principale lucrum debet esse creditoris:
vt in. l. titius. preallega. Ideo nimirũ si periculũ spectat ad credi-
torem, cuius gratia principaliter celebratur ille contractus, et sic
limitabis glo. hic: ⁊ in. l. pignus. C. de pig. acti. Et per. illā. l. titi⁹.
Rapha. co. in. l. si ex legati causa. dat vnam aliam limitationē ad
regulam tex. nostri. et. l. incendium. nam regula que habet, ꝙ de-
bitor quātitatis, perempta quātitate etiam casu fortuito nõ libe-
ratur: fallit in cõtractu bonefidei. nam. l. incendiũ loquitur in mu-
tuo, quod est strictij iuris, ⁊ dicit, ꝙ in. d. l. titi⁹. fuit ꝯctus mādati
fm eum, ⁊ sic ꝯtractus bonefidei: ⁊ ideo perempta illa quātitate
data super qua erat mādatum liberatur. alleg. tex. etiā in. l. mar-
tius. ff. loca. illa nihil facit, cum ibi non esset debitor quantitatis
sed facti. alleg. etiā. l. lucius. ff. deposi. que etiam nihil facit. et istā
limitationē tradit solus Rapha. et dicit, quod est noua ⁊ singu-
laris sua opinio. Sed eam reprehendit Alex. ibi in. d. l. si ex legati
causa. eo quia obstat generalitas. l. incēdium. Ego dico, ꝙ obstat
ex alia ratione, quā dedi ad tex. d. l. titius. de prescrip. verbis. eo,
quia ibi contractus fuit principaliter celebratus gratia credito-
ris, non autem debitoris. ¶ Suprascripta omnia procedunt in-

16 quantum dixi † ꝙ debitor quantitatis perempta illa non libe-
ratur, quando quis sit obligatus ad quantitatem simpliciter: si
autem obligatio quantitatis fuisset limitata ad certum genus
monete, vt quia promisit tibi decem libras grossorum perusinoꝝ:
pone ꝙ isti grossi sint exbāniti per statutum, vt nullo modo pos-
sint expendi, nũquid leberetur debitor: dicit Barto. videri ꝙ sic.
Concludit tamen Bar. ꝙ nõ sit liberatus: quia quāuis nõ possit
dari in forma illa quantitas, tamen saltem debet dari in mate-
ria: quia materia trahit ad se formam. l. quesitũ. §. illud fortassis.
ff. de leg. iij. nec distinguit Bar. an esset in mora vel non. Et cum
Bar. tenet Pet. de ancha. in repe. regule, peccatum. in. v. oppo.
de regu. iur. in. vj. Sed ipsemet Bar. sibi ꝯrius, in. l. paulus. in. iij.
col. ff. de sol. vbi Imo. late disputat ⁊ tenet, ꝙ ego nõ possuꝫ solue-
re, in forma antiqua: sꝫ ego debeo soluere de pecunia noua. alleg.
c. cum canonicis. de censi. ratio est fm Ang. hic post antiquos. et
in. l. cum quid. s. eo. quia licet in vino frumento ⁊ similibus, boni-
tas consistat in materia. vt in illa. l. quesitũ. allegata per Bar. tñ
in pecunia bonitas consyderatur ex vsu. l. j. ff. de contrahen. emp.
Et istam secundā opi. tenet Fulg. ⁊ Pau. hic. Anto. de but. in. c.
quanto. de iureiur. Pe. de ancha. in clemen. si beneficiorũ. de deci-
mis. ⁊ Rapha. comen. in. d. l. paulus. ⁊ est vera sentētia: quam tñ
intellige: qñ pecunia fuit reprobata per moram: sed si debitor nõ
fuisset in aliqua mora tunc procedit sentētia Bar. hic, quia tunc
posset soluere de moneta antiqua. Ita concludunt Cy. in. l. in mi-
norum. C. in quib. cau. in integ. resti. non est neces. in. ix. qõne. ⁊ ple-
nius in. l. cum quid. ⁊ ibi Bal. ⁊ Ludo. ro. s. eo. Hosti. ⁊ Jo. and. ⁊
Imo. in. d. c. quanto. Pet. de eleaza. in. d. clemen. si beneficiorum.
Albe. de rosa. in prima parte statu. in. q. iiij. ⁊ in effectu Ludo. ro.
hic, qui multum põderat. l. creditor oblatam. de solu. et in effectu
Imo. vbi late examinat in. d. l. paulus. ⁊ do. Alex. hic: ⁊ cõmunis
est sentētia. Tñ caue, quia isti doc. mouentur per tex. d. c. cũ cano-
nicis. ⁊ in. c. cum olim. circa fi. de censi. quia illi tex. indistincte pro-
cedunt, tamen non est incõueniens vt distinguātur per alia iura:
ita illi tex. distinguũtur per regulam. l. vinum. ĵ. eo. ⁊ regulam. l. si
ex legati causa. de verbo. obli. Circa tamen istam doctri. Bar. de
moneta, vide consiliũ Panor. vj. incip. lēs: q solutio ⁊c. in. ij. vol.
et Bal. in. l. fina. circa medium. C. de non nume. pecu. ¶ Vltimo
17 circa istam partem glo. inquantum vult, † si debitor quātitatis
obtulit creditori, et creditor fuit in mora recipiendi. quantitate
extincta liberatur, dicta. l. qui decem. Adde vnuꝫ casum singula-
rem, in quo debitor quantitatis puta frumenti facta obligatione
creditori, liberať etiā re nõ extincta: vtputa quādo respublica de-
bet certam quātitatem frumenti alicui, ⁊ eam sibi obtulit: ⁊ quia
erat tempus fertilitatis, creditor recusauit accipere, volens expe-
ctare tempus caristie: isto casu, respublica in totuꝫ liberať, etiam
si frumentum oblatum extaret. text. est in. l. nulli. C. de ero. mili.
anno. lib. xij. quem ponderat Bal. in. l. non dubium. in. v. col. ver.
vj. modo fit fraus. C. de legibus. ⁊ in. l. acceptam. in. xvj. qõ. C. de
vsu. alle. etiā Bar. (sed ad aliud) in. l. libertis quos. §. i. de ali. ⁊ cib.
lega. adde quod etiam aliud in. l. cum quidam. que est lex fi. C. de
conditio. inser. ¶ In eadem glo. ibi. In secundo idem. quia ge-
nus perire non potest. Nota ex gloss. conclusionem cum limita-
18 tione. Conclusio est † quod debitor hominis vel alterius rei in ge-
nere perempta aliqua re, non liberatur. intellige gloss. procedere
quando quis est debitor in genere generalissimo, puta qr debeat
seruum absolute in genere: secus si sit debitor in genere subalter-
no: vt declarat glo. in. l. legato generaliter. ff. de le. j. puta, quia de-
beat vnũ ex seruis suis: nam tunc mortuis omnibus seruis suis,
liberatur, fm Bar. ⁊ cõiter doc. hic. Et si dicatur, Bart. ⁊ doc. vi-
dentur ꝯrij in hoc, qr si debeo vnũ de istis seruis, ⁊ omnes pereant
volunt quod sim liberatus. l. in naue sauphelli. ff. loca. ⁊ tñ postea
dicũt, ꝙ si ego sum obligatus ad certum genus monete, ⁊ pereat
quia sit reprobatum: ꝙ tamen ego sum liberatus, põt rñderi du-
pliciter: primo fm Bar. qd lꝫ forma reprobeť, tñ supest materia:
secus est in seruis. arg. l. mortuo boue. ff. de lega. ij. Pau. vero de
ca. aliter dicit, vcꝫ, ꝙ lꝫ sit reprobata illa pecunia, tñ superest alia
que est eiusdē materie, sed pcedēs magis placet. ¶ In ea. glo. ibi,
19 ⁊ interpellatus fuit. habes ex glo. ꝙ ad hoc † vt debitor constituať
in mora, vltra duo requisita in text. requiriť ꝙ interpelleť expresse
vel tacite per lapsum tpis: est verum, qd multi reperiuntur casus
spāles, in quibus mora ꝯhiť re ipsa, sine interpellatione vlla hois,
quorũ aliquos enumerat glo. in. l. mora. in prin. in glo. magna. de
20 vsu. ⁊ plenius domi. Alex. hic, ad quē te remitto. † Adde etiam ꝙ
ad constituendum debitorem in mora, sufficit vna interpellatio
nec plures requiruntur. vt in glo. in. d. l. mora. in prin. et ibi Bart.
⁊ tex. in. l. titia seio. §. vsuras. ⁊ ibi no. Bar. ff. de lega. ij. not. idem
Bar. in. l. qui rome. §. seia cauit. ff. de verbo. obli. Ange. et Imo. in
d. l. qui rome. §. coheredes. Cano. in. c. ex literis. de const. [illegible] cit ꝙ
not. Bar. in. l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori. in. iij. op. c. de no.
ope. nuntiatio. cum multis additio. quas ibi ponunt Modern.

21 ꝛ possunt hic applicari.†Et sufficit etiam intepellatio extraiudicialis.d.l.qui rome.§.coheredes.vbi glo.in verbo testato.ꝛ gloss. in.l.amplius non peti.ff.rem ra.ha.ꝛ gl.in.l.vnum.in gl.magna. in prin.ſ.eo.ꝛ alie gl.quas enumerat Bar.in.d.l.si ex legati.causa.ꝛ dicam in.l.vinum.vbi limitabo.Intellige tamen sane in his que debentur iure actionis vel obligationis,tunc sufficit interpellatio extraiudicialis:secus in his que solum debentur officio iudicis.tex.est in le.cum postulassem.in princi.ff.de dam.infecto. quez Bar.ibi dicit singularem.rationẽ illius.tex.assignat Bar. in.l.j.in.vj.col.ff.de iurisdi.om.iudi.Adeo q̄ etiaȝ per oblationẽ libelli,non induceretur mora,nisi esset secuta litis cont.ſm Bar. in.l.denũtiasse.§.quid ergo.ff.de adul.¶Iuxta predicta quero
22 †nunquid vbi adest iuramentum debitoris,debitor cõstituatur in mora sine interpellatione,tangit Alex.hic post Ro.ꝛ dicit,ꝙ si iurauit prestare certam rem,ꝛ sciat illum illa re egere,cõstituit in mora,ſm Jo.an.in.c.breui.de iureiur.vt ibi per eũ.Sed Alex. dicit se putare,ꝙ istud non sit tutũ,eo quia non est lex.que dicat, ꝛ dicit cõtrariũ probari in.c.licet.hic allegato per eũ.Pro opini. do.Alex.ꝙ iuramentum nõ constituat in mora,dato ꝙ sciat creditorem egere,facio aliqua fundamenta.ꝛ primo:Nã regula est ꝙ ad constituendum in mora requiritur interpellatio,vt hic per glo.ꝛ Bar.sed reperiuntur certi casus speciales in contrariũ:de quibus hic per Alexã.sed in istis non reperitur aliquid de iuramento:ergo debemus stare regule.q2 dicens fallentiã illã dȝ probare.vt probatur in.l.suus quoqȝ.de here.insti.in.§.puto.et in.l. ab ea parte.ff.de proba.cum multis cõcor.quas pono post Bar. vbi plene tango in.l.ij.ff.si quis in ius voc.non ier.Secundo pro ista opi.arguo sic:nã iuramentũ regulabit̃ ſm materiã actus sup quo interponitur.l.si.cum simi.C.de non nu.pecu.de quo tango in.l.si conuenerit.ff.de iuris.omni.iudi.vbi multa adduco contra hanc regulam:si ergo scd̃m naturam actus requirebatur interpellatio:ergo idem dicendũ.licet interueniat iuramẽtũ.Quid tenendũ.teneo ꝯ dñm Alex.ꝛ hanc meã opi.tȝ Spec.in tit.de aduocato.§.j.ver.sed nunquid is q iurauit.ꝛ Panor.in.d.c.breui.Et pro ista opi.adduco in primis illud q̄ singulariter decidit Bald. in.c.querelam.de iureiu.per illum text.cum glo.vbi tenet,ꝙ conductor qui iurauerat soluere pensionem,cessando per annum cadit ꝑpter iuramentũ.ꝛ refert ꝛ seqtur.d.Alex.ꝯsi.lxxxv.q̄ inci.
23 nõ puto id de quo querit̃.li.j.¶Secũdo adduco:nãꝗ is qui promittit facere ꝛ curare,ipso iure constituitur in mora:q2 intelligit̃ ꝙ primum potest.ita singulariter vult Bal.in.c.j.§.ad hec.in titulo,hic finitur lex cõradi.refert ꝛ simpliciter sequitur Alex.hic: ꝛ Are.in.l.si ex legati causa.ff.de ꝟ.obl.sed ego habeo.ꝙ in iuramento intelligitur qs ꝓmittere facturũ ꝛ curaturũ:vt probatur in.c.ex literis.de sponsa.gl.fi.in.c.ex rescripto.de iureiu.Bald.in
24 l.fi.C.de non nu.pe.ergo ꝛc.¶Tertio adduco:nã†iuramentũ hȝ vim litis cõtesta.vt per Bart.in.l.nam.ꝛ postea.§.si is q in ꝑpali. ff.de iureiur.sed per litis contesta.debitor cõstituitur in mora:vt probat̃ in.l.si in asia.in fi.ff.dep.ergo.ꝛc.¶Quarto pro ista parte adduco text.in.l.eum qui.§.si iurauero.vbi Bart.in versi.post moram.ff.de iureiur.ꝛ ſm doctr.Bar.ibi eiusqȝ distinctionẽ intelligo omnia supradicta.Et tenendo istam partez,non obstat.c. licet.ꝛ allegata per dñm Alex.q2 in illis iuribus nullum verbum de iuramento.Aduerte etiã circa istã materiã nã in illis casib⁹ in quibus quis constituitur in mora sine interpellatione.mora ap-
25 pellatur irregularis.Pulchrum modo dubium est.†nunqd mora irregularis faciat teneri de interitu speciei?Barto.hic vult ꝙ sic.Contrariũ in hoc vltimo tenent quidam Moder.bonoñ.per tex.in.l.naturalis.§.sed si scyphos.cũ gl.ff.de ꝑscrip.ver.Et istud inuenio tenere Sali.Fulg.Ludo.Alexan.ꝛ Moder.in.l.vinũ.ſ. eo.ꝛ do.Alex.in.l.diuisione.circa penul.col.ff.sol.mat.Tu tñ cõsydera,ꝙ ꝯtra istã opi.vr̃ casus in.l.ne merito.ff.de vi ꝛ vi arma. Nec vr̃ obstare.§.sed si scyphos.quia in contractib⁹ innominatis implementũ non constituit̃ in mora:vt probatur in.l.iij.§.sed si stichus.ff.de cõdi.ob cãm.¶In gl.ibi:ꝛ hoc verũ qñ res per se perijt:habes limitationẽ ad istum tex.duȝ requirit,ꝙ debitor sciat: q2 ꝓcedit qñ species debita naturaliter perijt:secus si debitor eã occidisset:intellige qñ occidisset sine causa:secus si cum causa:puta quando occidisset seruum debitum in adulterio deprehensuȝ l.quid ergo.§.si heres.ff.de lega.j.vbi Barto.ꝛ alij.l.si seruum.§. de illo.ff.de verborũ oblig.¶Quid autem si species debita occidatur per tertium vel per ipsum creditorem.Bar.allegat.tex.in l.arbitrio.§.fi.ff.de dolo.q nihil facit.debuit allegare.l.legis aquilie.in vltima charta illius tituli.ff.ad le.aquiliã.queȝ text.bñ allegauit Bart.in illa.l.arbitrio.§.fi.ff.de dolo.ꝛ illum tex.allegauit hic Alb.Fulg.ꝛ Ludo.ro.ꝛ forte Bar.hic voluit allegare no.in d.l.arbitrio.§.fi.¶Gl.in verbo detrimẽtũ.primo colligit ex text. notabile ꝛ allegat quatuor cõcord.secundo respondet tacite questioni referendo opiniones.Secunda ibi.nec distinguitur.In ea-
26 dem glo.ad fi.videndum est†qñ species perijt post morã.an indistincte periculum sit debitoris:an vero debeat distingui,vt si res eodem modo fuisset peritura penes creditorẽ:ꝛ tũc debitor liberetur:alias secus.Et in hoc aduertendũ est ſm gl.ꝛ Bar.ꝛ cõiter omnes:q2 differentia est inter actiones reales,ꝛ personales.In actionib⁹ realibus dȝ seruari distinctio gl.in.l.iteȝ si verberatũ.§. fi.ff.de rei vendi.Si debitor rei cõuentus ab initio fuit bonefidei: sed postea superuenit mala fides:isto casu distinguitur,si res postea perijt ipse liberatur si eodem modo fuisset interitura penes creditorem,alias secus.In personalibus indistincte non liberat̃. Uidendum est que possit esse ratio diuersitatis dic ex mente antiquorum ꝛ Alberi.hic:in.iij.col.ꝛ Bald.in.iij.col.ratio est,quia in actionibus personalibus agitur ad id q̄ est debitum,et sic ad illud in quo proprie est obligatio:ꝛ ideo grauior censetur mora quã in realibus,in quibus nõ subest obligatio.§.j.instit.de actio. Sali.Ful.ꝛ Ludo.ro.hic reprobant istaȝ differentiã,eo q2 potẽtius est ius quod hȝ actor in realibus,ꝙ in personalibus:quia in primis agit rõne dñij:in personalibus agit ratione obligatiõis, sed potẽtius.est dñij ius ꝙ obligationis:patet,q2 princeps potest tollere ius obligationis:sed non dominium.gloss.ꝛ docto.in.c. que in ecclesiarum.de consti.glos.ꝛ doct.in.l.fi.C.si cõtra ius vel vti.pub.ꝛ in.l.fi.ff.de consti.prin.Ultra eos cõfirmo,ꝙ ista differentia non sit bona,quia grauior est mora in realibus,ꝙ in personalibus,quia qñ peto id q̄ est meum rei vendi.fructus ꝛ vsure veniunt a tpe more:in personalib⁹ stricti iuris veniunt a tpe litis contesta.tñ.l.videamus.ij.§.si actionem.ſ.de vsuris nisi dixeris ſm Sali.hic in.xvij.oppo.quod in casu quẽ ponit glo.in.d.l.iteȝ si verberatuȝ.§.fi.ibi in actionibus realibus nõ fuit ꝓprie mora: aut totalis mora,propter bonã fidẽ que a prin.fuerat Ideo gl.ꝛ doc.dixẽt illud in actionibus realibus:sed nos loquimur in personalibus,qñ debitor fuit in propria ꝛ totali mora.¶Condescen-
27 do igitur ad articulum principalem qui solet disputari.†Nunqd debitor indistincte teneatur specie perempta post moram:an debeat distingui.an esset eodeȝ mõ peritura penes creditorem:ꝛ in hoc varie referunt̃ opi.ꝑ Bar.ꝛ doc.in.l.rõ.§.j.de verbo.ob.atqȝ etiam varia iura hincinde referuntur.ꝛ ego adducaȝ strictiora. Una ergo opi.fuit Joan.cremoñ.ꝙ in personalibus non debet fieri illa distin.Istam tenet glo.hic:ꝛ in.l.contractus.ff.de re.iu. ꝛ glo.in.l.mora.de vsu.ꝛ in.d.l.nemo.§.j.in gl.ſ.de verb.ob.licet nõ clare firmet.sequunt̃ Bart.Bal.Ang.hic:ꝛ dicit Ang.ꝙ est cõmunis sniã.eam:diffuse tenet Sal.hic in repe.in.xj.col.ꝛ sequẽtibus.sequunt̃ Lud.ro.ꝛ Paul.de ca.hic:licet Paul.postea variauerit in.l.si filio.§.si post diuortiũ.ff.solu.ma.vbi tenuit ꝯriũ. tenet Ang.Imo.ꝛ d.Alex.in.d.l.nemo.§.j.ꝛ ista est cõis opi.ꝑ qua opi.in primis glo.hic allegat quinqȝ tex.qui paruȝ faciunt: nam illi indistincte dicunt,ꝙ specie perempta post morã,periculum est debitoris:sed potest dici,ꝙ ille leges debeãt distingui ꝑ l.si plures.§.fi.ff.deposi.qui est principalis tex.in hac materia,cũ vna lex per aliam distinguatur,etiam si sit posterior.l.non est nouum.cuȝ.l.sequenti.ff.de lega.ij.Barto.hic:ꝛ in.l.nemo.§.j.mouetur ratione.quia fur.ꝛ morosus equiparantur.l.inter stipulantem.§.pen.de verb.ob.sed fur,indistincte tenetur.l.subtracto.C. de fur.ergo ꝛ morosus dȝ indistincte teneri.Sed respõde veruȝ
28 est†ꝙ fur ꝛ morosus equiparãtur,vt teneant̃ de interitu:ꝛ dicat̃ res extare.d.l.inter stipulantem.§.penu.sed non debeat distingui inter furẽ ꝛ morosum:q2 fur est plusꝙ frustrator.l.merito.in.fi.ff. de vi ꝛ vi arma.sed non debet argui ab eo quod est magis graue,ad id quod est minus graue ꝛc.Pro ista opi.alleg.Salic.tex. in.l.qui decem.in prin.alleg.in gloss.ſ.de sol.potest responderi:q2 fauorabiliores sumus reis ꝙ actoribus.l.fauorabiliores.de reg. in.l.arrianus.de actio.ꝛ ob.Pro ista opi.cõmuni.Ludo.ro.allebo.tex.in.l.si filio.§.si post diuortiũ.ff.so.ma.in ver.omnino.Illa
a dictio oĩo,est* precisa ꝛ idem importat quod indistincte ꝛ ex ol parte,vt est glo.in.l.cum exceptione.§.quatenus.ff.q̄ met.cau. Sed potest responderi,speciale esse fauore dotis:ne mulier remaneat indotata.l.j.ff.sol.ma.Nec huic solutioni obstat tex.in.l.si is qui,in prin.ff.solu.ma.q2 rñde vt ibi ꝑ glo.ꝙ maritus non fuit in mora in dando vel cedendo dotem.sed in exigendo eam.Et tenẽdo istã opinioneȝ q̄ est cõis,tota difficultas est rñdere ad.l.si plures.§.fi.ff.deposi.allegatam pro opi.Barti.varie dant̃ solutiones:ꝛ leues ꝛ fragiles.Prima solutio est gl.ꝛ Bar.hic:quã tenet Bar.in.d.l.nemo.§.j.quod ibi speciale est in deposito:ista est euidenter falsa:quia vt inquit gl.in.l.filium quẽ habẽtẽ.C.fa.er.dicere speciale.ꝛ nõ assignare rõnem specialitatis est refugium miserorũ:sed forti⁹ in deposito grauior est mora ꝙ in quolibet alio ꝯctu.Hinc est,q̄ in ꝯtractu depositi iurat̃ in litẽ.l.j.§.in depositi. ff.deposi.secus in alijs ꝯtractib⁹ in quibus spẽs debet.l.in actionibus.ſ.de in liteȝ iuran.Hinc est q̄ condemnat⁹ in actione depositi.efficitur infamis.l.furti.§.mãdati.ff.de infa.§.ex cõtrario.instit.de pena teme.liti.Sed fortius probo istam solutionẽ falsam ex coniunctione duarum legum.nam dicit alibi Bald.illud est

pulcherrimum

¶Dictio ẽ. Ad d̃.l.hac venditio.in §.fi.ff.de cõ trahen.emptio.

pulcherrimū argumentū, qđ fit ex duarum legum coniunctione. no. Bal. ꝛ Alex. ibi: in l. gallus. §. si eius. ff. de lib. ꝛ posth. Cōiungo simul. l. j. §. si rē depositā. ff. depositi. ꝛ l. si venditor. ff. de here. vel actio. ven. in prin. la scđa. vt declaraui in primo notabili tex. vbi in deposito qui dolose alienauerit rem depositam, dato ꝙ redimat, tenet̄ de interitu etiam ante moram: ergo nō est speciale. Quarto ob. tex. in l. si in asia. §. fi. ff. deposi. vbi text. in ista materia eqparat, an qđ debeat̄ ex deposito, an ex testō, an legato. Cogita tñ an gl. forte habuerit alium sensum. dum dixit spāle est in deposito, forte voluit dicere gl. Ideo speciale in deposito, qꝛ fit gratia deponentis tm̄ ꝛ non depositarij in aliquo, ꝛ dn̄iū remanet semp penes deponentem. Ideo qꝛ nullū cōmoduꝫ sentit depositarius, spāle est in eo, vt ita demū teneat̄, si non fuisset eodē mō peritura penes deponentem, in alijs cōtractibus secus: qui vt plurimū fiūt gratia vtriusqꝫ: ꝛ istud in specie (vt fiat distinctio in ꝯtctibus qui fiunt gratia creditoris tantū) tꝫ Guil. de cu. ꝛ Bal. hic: tñ Sali. hic: ꝛ Ludo. ro. reprehendunt istam solutionem: Secunda solu. fuit glo. hic: ꝛ glo. in d. l. nemo. §. j. ꝛ Bart. ibi: ꝛ Imo. in d. l. filio. §. si post. solu. ma. ꝙ ideo fit distinctio ibi: qꝛ habebat iustam causam litigandi. Ista est deterior prima. Primo, qꝛ diuinat, sed fortius, quia non diceretur fuisse in mora, si habuisset iustam cāꝫ litigandi. l. sciendū. §. de vsur. Tertia fuit solu. gl. in d. l. si plures. §. fi. ꝙ ibi debet subaudiri dictio maxime, nihil est. Quarta fuit solu. aliorū, qđ ibi refertur opinio Sabini, sed nō est bene dictū, cū ibi iurisconsultus non reprobet. Alia fuit solu. Ange. in d. l. nemo. ꝛ in l. item si verberatū. §. fi. vt distinguamus inter cōtractus bonefidei, ꝛ ꝯtctus stricti iuris. quā solu. reprobat Imo. ꝛ Alexā. in d. l. nemo. §. j. ꝛ faciunt reprobationes quas dixi in prima solutione. Ultima fuit solu. Alexan. in d. l. nemo. §. j. ꝙ in d. l. si plures. §. fi. non debet sumi argumentum a contrario sensu: qꝛ ibi resultaret prauus intellectus, ꝑ glo. in l. j. C. de condi. inser. Sed nihil est propter dictionem vtiqꝫ. que est in d. l. si plures. §. fi. Et ppterea alia fuit opi. Marti. ꝛ ista mihi plus placet, ꝙ debeat fieri distinctio ꝑ d. l. si plures. §. fi. iūcta l. si i asia. §. fi. vbi depositū equiparat̄ alijs ꝯtctibus, ꝛ tñ distinguit̄ ꝑ l. si plures. Pro ista opinione allegat scđo loco Fulg. tex. i. l. fi. §. si sub ea ꝯditione. ff. ad legē rhodiam de iac. Sed glo. ibi rn̄det ꝙ ibi fuit culpa nō mora. Pro ista etiam opin. facit text. in l. si duo. §. ait pretor. in ver. ergo. ff. de consti. pecu. nisi respondeatur: vt ibi per glo. ꝙ ibi non apparet ꝙ fuerit in mora. Aliter rn̄det Bar. ibi, quē vide. Ad idē videt̄ facere tex. in l. si a dn̄o. §. si predo. ff. de peti. here. nisi rn̄deas ꝙ loquit̄ in actionibus realibus: tamen faciliter posset replicari. Et ꝓ ista opi. vltra alios pondera ꝙ multum stringit text. in d. l. fi. cum exceptione. §. qđ si homo. ff. qđ met. causa. Nec est bona solu. gloss. et doc. ꝙ ibi speciale est, qꝛ inferens metum tenetur ad penaꝫ tripli. nam si consyderaueris tex. ibi in fi. loquitur aliter. imo fortius loquit̄ ibi tex. sicuti in interdicto ꝙ vi aut clam. Sed fortius Bart. ꝛ doc. seipsos confundunt: qꝛ dicunt ꝙ in furto non fit illa distinctio: ꝛ tñ in furto hꝫ locuꝫ pena quadrupli. ꝛ istā opi. tene in puncto iuris. cum modificatione tamen quam ponunt Fulgo. hic. et Alex. ꝙ ista opi. Marti. procedit, qñ est certum ꝙ erat peritura penes creditorē alias secus. Istā tenet Rapha. comen. in d. l. nemo. vbi dicit qđ eā didicit a Fulgo. preceptore suo: in consulendo tñ non recedit ab opi. Bar. ꝛ cōi. Sed aduerte, qꝛ habes vnū tex. contra predicta, in l. si pecuniam. §. fi. j. de cōdi. ob cām. vbi text. dicit totū ecōtra: ꝙ anteꝙ cōmittat̄ mora, bene dꝫ distingui ꝛc. sꝫ post morā nō dꝫ distingui, ꝛ sepi⁹ dubitaui sup illo tex. puto tñ posse dici qđ ibi erat debitor ꝗtitatis respectu speciei. i. seruꝰ: sꝫ nos loqmur qñ immediate erat debitor speciei. Sꝫ ista solutio nō est tuta: vñ fortius est dicere qđ illa loquit̄ in ꝯtctibus innominatis nos loquimur in ꝯtctibus noiatis, differentia est put ptꝫ ex gl. in l. iurisgentiū. in prin. in verbo, aliquid. ff. de pac. ¶ Gl. in v̄bo, in ptāte: diuidit̄ in tres partes prout tribus modis soluit ꝯrium. Bart. tñ hic in sua distinctione ponit quartā solutionē ꝛ dicit, ꝙ aut loquimur in debitore speciei. et tunc difficultas excusat a mora. alias vero secus vt hic per eū. Et si dicatur vt dicit Sali. quod non est dare rationeꝫ diuersitatis inter debitorē speciei ꝛ quantitatis: ego dico ꝙ imo
29 est dare rōnē diuersitatis. † qꝛ debitor quātitatis hꝫ latiores habenas ꝙ debitor speciei, qui ad illam spem p̄cise tenet̄. vt in simili dicūt doc. in l. ex empto. in prin. de actio. emp. ꝛ Bart. in l. j. in prin. s̄. eo. ꝙ ideo emptor tenetur transferre dn̄ium precij, venditor vero non sic tenetur transferre dn̄ium rei vēdite, quia emptor hꝫ latiores habenas in soluendo id qđ debet, ꝙ venditor: veritatem tñ istius solutionis videbis. Hinc sumpta occasione Barto. examinat, an ꝛ qñ difficultas excuset a mora, ꝛ distinguit tres casus speciales: vt hic per eū. et cum eo tenent Bald. in lectura antiqua hic Ange. ꝛ late do. Alexā. ꝛ Bar. Ange. ꝛ Imo. in l. cōtinuus. §. illud. j. de v̄. ob. Anto. de but. Imo. ꝛ Panor. in c. breui. de iureiurā. Sed consydera, ꝙ licet Bar. faciat tres casus, tamen debuit expedire se vno verbo: ꝙ semp difficultas excusat a mora, siue sit debitor ad factū, siue ad spēm: fallit. qñ est debitor quātitatis. Circa istā doctrinā, inquātū dicit ꝙ difficultas excusat a mora, qñ est debitor facti vel speciei, moueo pulchrū dubiū. Nūquid
30 † si debitor primo negauit se debitorē, ꝛ postea pbat̄ debitū: ꝛ sic cōuincat̄ de mēdacio. Nūqd per talē negationē pdat istud beneficium ꝙ difficultas excuset eū a mora: Istū passum nō tangunt doc. hic: sed Lu. ro. in l. vinū. in iij. co. j. eo. expresse tangit ꝛ dicit, ꝙ doc. hic (q volunt ꝙ difficultas excuset a mora) debēnt intelligi qñ mora fuit cōmissa per interpellationē extraiudicialē: sec⁹ si p litis cōtestationē: ꝛ sic interpellationē iudicialē: tūc difficultas nunꝙ excusat a mora. qꝛ negando debitū pdit istud b̄ñficiū a lege, vt non excuset̄: ꝛ in istis terminis dicit se intelligere glo. ibi in vna solu. quā dat ad l. fi. j. de triticaria. ꝛ dicit ꝙ ipse solus aduertit ad illā glo. Subdit tñ, ꝙ qñ fuisset interpellatus extra iudiciū ꝛ negasset debitū. isto casu pdit etiā istud b̄ñficiū. Sed aduerte. lꝫ a Lud. dicat, ꝙ ipse solus pōderat illā glo. tñ Sali. ibi ꝛ Ange. pōderāt illā gl. Sali. hic. in iij. col. Istam tñ opi. do. Alex. in d. l. vinum. in vij. col. reprehēdit ꝑ illud qđ volunt doct. hic: ꝙ difficul-
a tas indistincte excusat a mora: qꝛ in penalibus[a] nō dꝫ fieri extēsio. glo. in c. j. de tempo. or. in vi. ꝛ glo. in c. fi. de elec. in vj. iuncta l. cū quidam. de libe. ꝛ posthu. Ista ratio non videt̄ tuta, cuꝫ in penalibus dummodo materia sit correcta sepius fiat extensio: vt ipsemet Alex. tꝫ in auꝫ. non licet. C. de libe. ꝓte. ꝑ gl. in l. fi. C. de reuo. do. reputatā singularē, quā tenent ibi Cy. ꝛ Sali. per tex. in c. j. §. porro q̄ fuit prima cau. b̄ñficij amit. in v̄sib⁹ feud. ꝛ ibi bal. in ꝓfic. quid tenēdum ꝛc. Pro opin. Ludo. ro. ꝛ aliorum quos retuli, ꝙ debitor negando debitum per mendacium, si sit ꝯuictus, debeat perdere beneficiū a lege, vt non excuset̄ a mora ꝓpter difficultatē. Ego in primis addā aliqua similia que recollegi ad hoc. Nam fideiussor negans se fideiussorem, perdit beneficium epistole diui adri. et sic diuisionis. l. si dubitet. §. ita demum. vbi Bart. de fideius. Item perdit beneficium excusionis cedendarum actionum: ꝛ consequenter beneficiuꝫ auꝫ. ꝓsente. C. de fideius. ita not. Bald. in auꝫ. cōtra q ꝓpriam. in iij. col. C. de non nu. pe. ꝛ ibi est tex. ꝙ debitor qui negat scripturā manu sua scriptā ꝯuict⁹ de mendacio, ꝑdit beneficium exceptionis non nu. pe. Eodem mō. si qs negat se socium. perdit beneficiū legis, ne exigatur vltra ꝙ facere possit, iuxta l. sunt qui. ff. de regu. iur. ꝛ pro hoc est text. in l. si vn⁹. §. fi. ff. pro so. ꝛ in l. sed hoc ita. in fi. ff. de re iud. Eodem mō maritus qui hꝫ beneficiū, ne exigatur vltra ꝙ facere possit. negādo matrimonium perdit istud beneficium. ita not. tꝫ Bart. in l. etiaꝫ. §. j. circa fi. ff. solu. mat. Item heres qui negat rem legatā esse hereditariaꝫ si conuincatur de mendacio, ꝑdit beneficiuꝫ, ne possit detrahere falcidiā in illo legato. text. est in l. hereditatum. §. j. ff. ad le. fal. Itē filius qui habet beneficiū ti. qđ cum eo. vt non teneat̄ post emancipationem de ꝯtctu celebrato cum eo duꝫ esset in potestate, si neget se filiū, ꝑdit illud beneficiū. l. sꝫ ꝛ si ex parte. §. interdū. ff. qđ cū eo. Eodem modo conuentus actione reali. si neget se possidere. si conuincatur, perdit beneficiū possessionis. l. fi. cum simi. ff. de rei ven. Eodem mō, vasallus qui negat se vasallum si cōuincatur de mendacio, ꝑdit feudum. tex. in c. j. §. vasallus. si de feu. fue. contro. inter do. ꝛ agna. el. j. Eodeꝫ modo, libertus qui impetrauit ius annulorū aureorum ꝛ sic ingenuitatis, certe si negauerit se libertum ꝛ conuincatur, ꝑdit ius aureorū annulorū. l. j. ꝛ. ij. ff. de iure annulo. aureo. Ergo eodē modo dicemus in ꝓposito, ꝙ iste qui negauit se debitorem. ꝛ cōuincat̄. dꝫ ꝑdere illud beneficium, ne excuset̄ a mora ꝓpter difficultatē. Breuiter ergo teneo ꝯ Lu. ro. ꝛ Sali. ꝛ sic teneo vna cū Alex. sed nō ꝑ eius rationē ꝛ fundamentū: sed per vnā aliā rōnem, licet in iure nostro reperiantur casus ques. s̄. enumeraui ꝛ alij q possent addi: si q sunt in quib⁹ qs ꝑdit beneficium qđ alias habebat a lege propter negationē suaꝫ: tñ debet scire: ꝙ nisi lex specialr̄ istud dicat: ꝙ qs perdat b̄ñficiū ꝓpter negationē: nō dꝫ fieri illa extēsio. tex. est in §. cū igit̄. in v̄b. nec q̄libet est lex aliqđ tale dicens. in auꝫ. de nō eli. secun. nubē. ꝑ quē tex. ita expresse dicit Bal. in auꝫ. ex testamēto. in pe. col. C. de secū. nup. quē refert ꝛ sequit̄. d. Alex. in cōsi. ciij. inci. vr̄ prima cōsyderatione. li.
31 j. ꝛ Alexan. in l. etiā. §. j. in iij. col. ff. solu. ma. † Et ꝑ istam regulam Bal. Alias consului in partibus pedemontanis: ꝛ ita fuit iudicatum: in pulchro ꝛ nouo casu: dum in testamento essent dati plures tutores vni pupillo: ꝛ vnus tutor negauit se tutorem datum
b pupillo: ꝛ conuictus est de mendacio: nūquid per istā negationē ꝑdiderit quatuor beneficia pluribus tutoribus attributa: posita per glo. ꝛ doc. in l. j. C. de transac. ꝛ in l. j. §. nūc tractamus. de tut. ꝛ re. distra. Multi cōsuluerunt ꝙ sic. s. ꝙ ꝑdiderit illa beneficia: ego ꝯrium cōsului ꝙ non ꝑdiderit: ꝑ illā doctrinā Bal. ꝛ per illud
b ꝙ vult glo. no. in c. fi. de iure pa. ꝙ ad hoc vt alicui[b] possit imponi pena priuationis iuris qđ habet a lege: reqrit̄ ꝙ expresse cautum sit in l. vel canone. ꝛ ꝓpterea dicit gl. not. xv. q. viij. in summa nisi lex spālīter exprimat: debere incidere in penā depositionis, nunꝙ

a ¶ In pena lib⁹. Adde gl. ꝛ Bar. i l. furti. in. §. fi. ff. d his q no. ifa. gl. in regula i pe- nis. de reg. iur. lib. vj. Car. zab. in c. ꝑ inqsitionē. i. xj opp. de ele. Ioā. d imo. i cle. j. in. xj. colū. de elec.

b ¶ Alicui. Adde bar. i. c. ex pte. el. j. d relcri. in. v. colum. Barba. ꝯs. xvj. i. xxij. col. in. ij. volumi.

32 quis dz deponi.† Hinc est, ꝙ licet vasallus iurauerit fidelitatem, tñ nõ priuatꝰ a feudo, nisi in casibus a iure expressis si ꝯfecerit, ꝓbat tex. in.c.j.§. illud. que fuit prima causa bñfi. amittẽ. Et ita firmat And. de iser. in.c.j. qualiter vasallus iuret fidelitatem: quis fortiter videatꝰ obstare tex. in.d.c.j.§. porro. que fuit prima cã bñfi. amit. ad qđ tñ vide Alex. in consi. cviij. inci. vr̃. in.xj. col. Et sic cõcludo ꝙ debitor qui ꝑ mẽdaciũ negauit debitũ, nõ ꝓpterea ꝑdit beneficiũ, vt difficultas eũ nõ excuset a mora: quicquid sit in casibus.s̃. relatis. ⁊ hoc bene not. Limita etiam doctrinam Bar. ꝙ difficultas excusat a mora debitorem: vt nõ habeat locum in fideiussore, qui promisit aliquem presentare.j. talem diẽ, tũc non excusatur a mora propter difficultatẽ. l. sancimus. in. prin. in verbo, nec poterit. C. de fideius. ⁊ ibi Bal. expresse not. Itez consyde ra inquantum Bar. vult ꝙ si quis sit debitor quantitatis nunꝙ excusatur a mora propter difficultatem, sicuti nec casus fortuitꝰ excusat eum. l. incẽdium. C. eo. ⁊ ista est cõmunis sentẽtia quãuis Sali. tenuerit contrarium hic in.xj. col. ⁊ Lud. ro. in. l. cõtinuus. §. illud vbi etiaz Rapha. comẽ. ff. de ver. ob. ⁊ Pau. de cast. Ful. hic. ⁊ Flo. in. l. mora.j. de vsuris. moti, per aliqua fundamenta ad que respondet Alex. hic, ad quem te remitto. Nõ omitto tamẽ aliqua, ⁊ primo ad.d.l. diuortio. in princi. ff. de nego. gest. allega. per Sali. ⁊ Moder. contra Bar. vltra solu. domini Alex. potest dici quod ille tex. nõ loquitur expresse in debitore quantitatis: forte enim tenebatur ad speciem: nec tex. in hoc resistit. Secundo ad.c. cupientes. §. quod si in discordia. de elec. in.vj. allegatuz per Moder. cõtra Bar. potest vltra sol. do. Alexan. dici, quod est magna differentia querere an difficultas excuset a mora, an a pena: vt in l. continuus. §. illud. ff. de ꝟbo. obli. Tertio aduerte: qꝛ in veritate ratio Bar. ad.d.l. incendiũ. nõ habet multũ obstare: nã fateor quod interitus non excusat debitorẽ quãtitatis ab obligatione: nec etiã difficultas. sed nõ sequitꝰ: ergo ⁊ ipsa difficultas nõ excusat a mora: qꝛ multa excusant a mora, q̃ nõ ab obligatiõe: cũ quelibet iusta causa non soluendi excuset debitorem a mora. l. fi. ff. de l. cõmis. ⁊ l. sciendum. ff. de vsuris. ¶ Quarto aduerte quia. l. ad diem. ff. de ꝟbo. obli. ⁊ l. fi. ff. de nau. feno. alle. ꝑ dñ. Alex. ⁊ Bar. non multum stringant: qꝛ vt dicunt Ludo. ⁊ Sali. ibi: illud magis propter euentum quã propter moraz. ¶ Quinto aduerte qꝛ tenẽdo opi. Bar. Lud. ⁊ Alex. hic. ⁊ Imo. in. l. cõtinuus. §. illud. limitant aliquibus modis. Sed consydera quia allegata ꝑ ipsos loquuntur quo ad euadendum penam, quia difficultas quo ad hoc bene excusat. ita loquitꝰ tex. in.c. significante. de pig. ⁊ l. fi. ff. de lege commis. sed quo ad euadendum a mora, illa iura non faciunt. Caue tamen retenta ista cõclusione Bar. ꝙ debitorẽ quantitatis difficultas non excusat a mora: inquãtum Bar. opponit de. l. thais, §. j. ff. de fideicõmis. lib. respondet Bar. ꝙ ibi heres nõ erat obligatus ad dationem quantitatis pecunie, sed ad factum: ideo difficultas excusat a mora, istam. sol. reprobat Imo. in.d.l.
33 cõtinuus. §. illud. ⁊ Ludo. ro. ⁊ Alex. hic: quia † qñ factũ debet explicari mediante pecunia, iudicamus de illo ꝓut de debito quantitatis: vt. l. v. §. fi. ff. de verbo. obliga. sed luitio ⁊ redẽptio seruorũ ⁊ sic factum, debebat fieri mediante pecunia: ergo ⁊c. Ego teneo solu. Bar. tanꝙ veram, si bene intelligatur, ⁊ respondeo ad obiectum. Quando factum debet expediri per pecuniam cum vno ⁊ eodem, tunc istud censetur debitum in quantitate.d.l.v.§. fin. ita procedit argumentum Moder. sed quando factum debet impleri respectu vnius: pecunia autem debet prestari non illi met: sed tertio, vt in casu Bar. tunc licet respectu tertij dicatur debitũ in quãtitate: tñ respectu illius cuius gratia prestatur: dicitur debitum in facto. tex. est in. l. liber homo. §. fi. ff. de ver. ob. ita in ꝓposito, respectu seruorum heres erat obligatus redimere ⁊ manutenere. ⁊ sic ad factũ tm̃ ⁊c. Fateor tñ ꝙ ad illũ tex. potest notabiliꝰ responderi, ꝙ ibi difficultas excusat a mora, licet esset debitũ in quãtitate: illud est verum in mora irregulari ⁊ impropria, que fit per legẽ sine interpellatione. l. cũ vero. §. apparet igitꝰ. de fideicõ. lib. declarat gl. in. l. mora. de vsur. sed in mora regulari ⁊ ꝓpria q̃ fit per interpellationẽ hominis, secus est: vt in cõclusione Bart. qꝛ facilius impeditur mora spãlis ꝙ mora cõis ⁊ regularis cũ facilius tollantꝰ ⁊c. l. eius militis. §. militia missus. de testa. mili. Ita Imo. in.d.§. illud. in pe. col. Ludo. ro. hic: ⁊ ita limita conclusionem Bar. Inquantum ẽt Bar. cõcludit, ꝙ difficultas in debitore quantitatis non excusat a mora. Adde qđ pro hoc est text. melior de iure. in. l. cũ filiusfamilias. in ꝓn. ff. de verb. obli. ⁊ text. in. l. mora. §. in bonefidei. ff. de vsu. inducendo hoc modo. nã filiusfa. de iure fforũ nihil habet. l. plz. de acqr here. ⁊ tñ ꝓmittẽdo quãtitatem non excusatꝰ a mora, iuribus prealle. ¶ Glo. fi. in verbo deberes. primo declarando tex. infert vnum ex tex. ⁊ opp. ⁊ sol. Secundo respõdet tacite questioni. scđa ibi: licet alia lex. tertia ibi:
34 ⁊ caue. Et tanꝙ vlterius procedam, quero † nunquid de iure canonico fiat differentia inter ꝯctus bõefidei ⁊ stricti iuris ad h̃ vt veniat fructus. Bal. in.c. fi. ad fi. extra de plus peti. tenetꝰ non esse

a ¶ Cle. fina, Addo de materia di. gl. vide Abb. i c. in presentia. de proba.

fienda differentia de iure canonico. Sed Bal. male loquitꝰ ꝑ regulam que est qñ nõ sumus in materia peccati statutũ de iure ciuili obtinet de iure canonico, nisi ꝯtrariũ reperiatꝰ expressũz. Preterea est tex. expressus cõtra Bal. q facit hãc differentiã in.c. cum venerabilis. extra de excep. ¶ In ea. gl. ibi: si tñ debuit intelligere no. ex glo. ⁊ tex. ꝙ paria sunt aliquem scire vel intelligere, aut de-
35 bere scire. Et iuxta istam partem gl. Bart. hic docet † practicam. qualiter fieri debeat protestatio. vel interpellatio ei qui est obligatus ex facto alieno: vt quia sit heres: qui successit in locum principalis debitoris: vel quia dñs reddatur obligatus per factum ꝓcura. isto casu non sufficit ei simpliciter denuntiare, aut eum simpliciter interpellare. sed oportet ostendere instrumentuz publicũ vel ei relinquere copiã instrumẽti. ⁊ idem repetit Bart. in. l. si qs inficiatus. ff. depo. ⁊ in. l. q in alterius. de reg. iu. ⁊ in. l. ij. in. fi. prin. ff. de eo per quem factum erit. ⁊ plenius in. l. non solũ. §. morte. in xvj. col. de ope. no. nũ. ⁊ notabiliter Imo. in. l. de pupillo. §. q procuratorio. post glo. ⁊ Bart. ibi: de ope. no. nuntia. ⁊ ibi Alexand. ⁊ modern. plenius prosequuntur. ⁊ ibi Imo. notabiliter limitat. Adde pro ꝯfirmatione facere istud, quod decidit signãter Bar. in. l. quidam decedens. §. fi. ad fi. ff. de admini. tuto. nam ad tutorem transit periculum tutele a tempore scientie, qñ sciuit se datũ tutorez nunqd sufficit illi denuntiatum esse qualiter esset designatus tutor talis pupilli: dicit Bar. ꝙ non: sed est necesse ꝙ ostẽdatꝰ autenticum instrumẽtum testamenti: vel saltem, ꝙ ei dicatur per aliquẽ q fuit presens testamento. Ad idẽ addo bene facere ꝙ decidit Spe. in ti. de appel. §. qualiter. versi. cautus. ẽt sit. vbi tenet ꝙ si aliqs appellauit a snĩa, nunqd faciat quod istud dicatur appellatio ⁊ determinat ꝙ etiam si sibi dicatur ab vno vel pluribus non sufficit: sed est necesse ꝙ ostendatꝰ instrumẽtũ publicũ appellationis interposite, aut fides fiat per sigillum publicum, vt ibi ꝑ eum. Confirmo etiam per illud qđ tenet Pet. de ancha. in consi. ccclxj. quod incipit. pro declaratione trium quesitoꝝ. quem vide per te. Addo tex. no. in materia in. l. si qs solutioni. §. j. de vsu. qui notabiliter declarat, cui debeat fieri ista protestatio vel interpellatio, quem declara: vt per Bar. in. l. qui aũt. §. fi. ff. de cõsti. pecu. Aduerte etiam inquãtum Bar. allegat cle. cãm. de elec. Intellige doctrinam Bar. qñ ostenderetur ad finẽ interpellationis: secus si ad finem probationis: qꝛ tunc debet dari copia instri parti, alias non probaret. ¶ In glos. ibi. quia scriptura non interuenit. Istam glo. multum notant pro notabili Sali. hic: in penulti. col. ⁊ Ludo. ro. pro limitatione regule que hz, lata culpa est ignorare iura. l. late. ff. de verbo. sig. dicunt ipsi, ꝙ ista glo. limitat, vt procedat qñ quis ignoraret leges ponentes regulas: sed ignorare fallentias vel limitationes, non est lata culpa: vt patet hic in glo. nã multe fallentie sunt ad illam regulam vbi non requiratur scriptura, glos. enumerat in.c.j. de cens. in.vj. ⁊ glos. in. l. ꝯhitur. de pig. ⁊ in. l. pactũ. qđ bona fide. C. de pac. Et si gl. istud diceret esset certe, solennis limitatio ⁊ mirabilis limitatio ad dictaz regulam. sed certe istud non dicit, ⁊ cõtrariũ tenet Alex. hic ꝑ notata ꝑ Bar. in. l. ꝙ nerua. in. vij. colũ. ff. deposi. sed tu adde, ꝙ ipsemet Sali. in l. leges sacratissime. C. de legi. ponderat etiam istam glos. ad hoc ⁊ reputat singularẽ. Adde ꝙ Io. fab. ⁊ Ang. de are. in. §. suspectus. de suspe. tuto. dicunt, ꝙ predicta regula, lata culpa est ignorare iura, est vera ⁊ procedit in iuribus vulgaribus ⁊ communibus que frequenter sunt in facto: alias secus, prout fm eos in materia manumissionum. alioquin scđm eos, nullus est doctor tam excellens q nõ ignoraret. Adde qđ bal. in.c.j. in.j. col. de transla. episcopi. dicit, gl. esse vnicã ⁊ singularẽ in ꝟb. videtꝰ. instit. de obli. ex qua. male. in principio. ꝙ ignorantia iuris circa ea que sunt de apicibus iuris excusat, nec ascribitur late culpe. quam glo. limita ⁊ intellige: vt ibi notabiliter Bal. ¶ In vltima parte glo. que sit ratio, quare si peto qđ est vel fuit meũ veniant fructus a tꝑe more: alias secus, dicam in. l. cũ fundus.j. eo. ⁊ ibi addam limitationes. ¶ Extra glo. bar. hic in vlti. col. tangit, qñ materia istius legis deducatur ad practicam dic vt per eum. Aduerte tñ ad duo Primo, ad illud qđ concludit Bar. hic in ver. quero quid si dubitetur: nam ad hoc bene facit. primo qđ notat Bal. per illum tex.
a in.c. cum tu. de testi. Secundũ bene facit glos. no. in cle. fi. in glos. pe. de rescrip. quã reputat singularem Bal. in. l. si minor. C. de integ. resti. mi. ⁊ Car. ⁊ ceteri in illa cle. fin. de rescrip. sed tu adde aliam, quam Sali. ibi reputat singularem in. l. ij. C. de peti. here. ⁊ Bal. in. l. amplriorẽ. §. fi. C. de appel. Secundo aduerte inquãtũ Bar. sub dubio forte, dicit, quod si actor probaret. debitorem tꝑe obligationis contracte possedisse rẽ, ꝓsumitꝰ semꝑ cõtinuata possessio apud eũ, donec probetꝰ ꝯtrariũ addit ꝑ ista limitatione Barto. tex. iuncta gl. in.c. proposuit de cle. excõ. mi. de quo tex. facit festũ Are. in. cõsi. ij. qđ incipit: videtur dicẽdũ. in.j. col. Sed puto qđ limitatio Bar. non sit vera, quia doctrina Bar. ꝓcederet, in eo qui habuit causam ab actore, vel qñ possedisset tꝑe litis contest. ꝑ. l. si creditor. ⁊ ibi Cy. ⁊ Bal. C. de pig. ac. ⁊ notat Barto. ⁊ docto. in

l. fure

l.siue possidetis.C.de proba.Scđo ꝯtra doctrinā Bar.facit,qꝛ doctrina sua ꝓcedit in re immobili tm̄, nō in mobili,ſm Specu. post Ubertū de bo.in tit.de ac.ꝛ petitione.§.j.ver.quid si ago.qđ dictū pro singulari refert ꝛ sequit̄ Are.in cōsi.cxx.quod incipit: ꝓcedendo breuiter.Et dum tenet in antep.col.qđ manumittens seruum ignoranter,teneat̄:dic qđ melius dixit idē in fi.l.si seruū.§.de illo.ff.de verbo.obl.Ultimo querūt Guil.de cu.ꝛ Bar.hic:
36 †si debeo alicui soluere par caponum nunqđ possim soluere mortuos:ꝛ cōcludūt qđ debeo soluere viuos.ꝛ sequunt̄ Albe.Ang. hic:ꝛ alij.adde Bar.in.l.qui decē.§.si ꝑ illū tex.j.de solu.ꝛ in.l.j.§.plane.ꝑ illū tex.ff.si quad.pau.fe.di.Adde ēt bene facere qđ fortius vult Kay.ꝛ Bar.in.l.cū delanionis.in ꝑn.ff.de fundo instru. vbi querūt,stante statuto ꝙ de qualibet bestia vendita debeat solui gabella,nunquid intelligatur de bestia mortua,ꝛ cōcludūt qđ non.intelligitur enim quādo venditur bestia viua:ꝛ idem tenet Ang.hic:ꝛ per ista remanet ista lex cum laude dei expedita.
¶ Jason Maynus diuini ꝛ humani iuris doctor.

1 ☞ Quando quid dicatur certum.ꝛ nu.j.ꝛ.6.
2 Qualiter intelligatur expressum,ꝛ quot modis.
3 An testator possit expresse prohibere falcidiam.
4 Juramentum habet vim expressi.
6 Si in responsione quis dicat,sum certus,nihil valet.
7 Idem in teste dicente,se pro certo scire.
8 Quando quis dicatur pro certo scire.
9 Cum iuramēto pōt qs dicere qđ nō vidit,sed ꝑ certo tʒ ꝛ credit.
10 Multa sunt de quibus non potest haberi vera certitudo,sed vehemens opinio.
11 Si dico promito tibi istum equum,cum esset bos,an vitietur.

CErtum est. Illud dicit̄ certū,quod apparet certum,in qditate,qualitate,ꝛ quātitate per se vel per relationem ad aliud.h.d.
1 ¶ † Nota quid dicatur certum.ꝛ gl.ij.que nō habet
2 aliud tendit ad declarationeʒ/Qñ autē quid dicatur certum:vt competat certi cōdictio,declarauit gl.ꝛ doc.in.l.certi condictio. in prin.j.eo.ꝛ ibi Bar.in pe.col.ꝛ ibi dicet̄/Intellige tñ istū text. inquātū dicit,illud dꝫ esse certū,qđ certificat̄ per se,vel ꝑ relationē ad aliud,qñ aliqd rogat̄ certū simpl'r:sʒ vbi copulatiue rogaret̄ aliqđ esse certū ꝛ expressuʒ,nō sufficeret certificari ꝑ relationē.gloss.est no.in.c.si eps.in verbo certis.de ꝑben.in.vj.Aduerte etiā,qꝛ ad illā regulā,ꝙ paria sunt,qđ aliqđ sit certū ꝑ se,vel per relationem ad aliud:facit tex.in.l.vbi aūt nō apparet.§.illud.ff. de ꝟ.ob.ꝛ ibi Bar.ꝛ Moder.notāt.ꝛ tex.in.l.pe.C.de sen.q̄ sine cer.quā.ꝛ tex.in.l.ait ꝑtor.§.si iudex.ꝛ ibi Bar.ꝛ in.l.in summa. in prin.de re iudica/Dicta tñ regula limitat̄,vt nō ꝓcedat,qñ aliquid dꝫ exprimi pro forma,tūc non sufficit certitudo ꝑ relationeʒ ad aliud:cle.appellanti.de appel.ita Bald.in.l.in minoribus.C. de his q.vt indig.Ang.ꝛ Alex.in.d.l.vbi aūt.§.illud.ꝛ in.l.pretor.in prin.ff.de ope.no.nun(sed in contrariū vr̄ facere doctrina Bar.in.l.si ita scripsero.ff.de condi ꝛ demonst.ꝛ est cōiter approbata:tñ aduerte,qꝛ illa doctrina Bart.in.d.l.si ita scripsero.non loquitur in institutione.sed in legatis que possunt nutu relinq:ꝛ ita semel declarauit Bart.in.l.fi.ad fi.C.de fideicō.ꝛ Frā.are.in l.heredes palam.in prin.ff.de testa.est verū ꝙ Bal.ꝛ Ange.in.l. asse toto.ff.de here.instit.tenuerunt idem esse in institutione heredis.ꝛ idem Pau.de cast.in.l.hac consultissima.§.ꝑ nuncupationem.C.de testa.sed verior est opi.Bar.vbi.s.que est cōmunis quam tñ limita per.l.quoties.§.si quis nomen.in verbo indubitato signo.ff.de here.insti.iuncta.l.iubemus.C.de testa.ꝛ bene fa-
2 cit tex.in.l.hac cōsultissima.iuncta gl.C.qui testa.fa.pos.†Qualiter autem intelligatur expressum:ꝛ quot modis capiatur,declarat Bar.in.l.j.in prin.in.ij.col.ff.de vulg.ꝛ pupil.ꝛ in.l.pretor.in prin.per illum tex.ff.de no.ope.nū.doct.in aut.sed cū testator.C.
3 ad le.fal.dum tex.dicit†ꝙ testator potest hodie prohibere falcidiam:sed expresse debet ꝓhibere.ꝛ notabi.Ange.in.§.si vero expressum.in aut.de here.ꝛ fal.in.ij.col.ꝛ in.§.illud quoqʒ.per illum tex.in aut.de triente ꝛ semisse.Ludo.ro.in repe.aut.similiter.in vlti.q.C.ad le.fal.ꝛ cū glo.apud cano.in.c.inquisitionis.de here. in.vi.no.Ant.ꝛ Jmo.in cle.constitutionē.de elec.Et dicit singu-
4 lariter Bal.in.l.j.C.cōmo.†ꝙ iuramētum hʒ vim expressi,qđ bñ no.Tamen pondera qđ cōtra istud vltimū facit id qđ volūt Bar.
5 ꝛ doc.in.l.fi.§.defentionem.per illū tex.C.de admi.tuto.†Adde etiā ad istū tex.declarantē,quid dicat̄ certū,ꝙ licet ille dicat̄ certus,qui de aliqua re habet vehementem opinionem.vt est text. in.l.si quis ita.in verbo quasi certus.de testa.tu.ꝛ glo.no.in.l.pantonius.§.rei perduellionis.de acquiren.hered.ff.quā reputat solennem.Bal.in.c.fi.ad fi.de iura.calum.Ad ꝙ etiam vide Petr. de ancha.in cōsi.xiiij.qđ incip.visa inquisitione formata ꝯ fil.de
6 mantua.in.ij.dubio tamin inter se qui aliquid deponeret:†et interrogatus,qñō scit r̄ndet:qꝛ sum cert⁹,dictū nihil valeret:quia non assignat rationē ꝑ sensum corporeū vt tenet:vt dixi.s.eod.in l.j.sed per vehementem opinionem que pōt esse falsa.ita Bal.in d.l.si qs ita.de testa.tute.sequit̄ Bal.in.l.solā.in.ij.col.C.de testa. imo plus,si testis diceret ꝙ pro certo scit:ꝛ interrogatus de rōne,nō redderet aliam rationē,nihil probaret ſm Bal.in.c.cum causaʒ.in fi.de testi.no.expresse.do.Ant.de bu.in.c.inquisitionē. in.v.nota.per illum tex.de elec.ꝛ in.c.j.per illū text.de scrutinio. ꝛ in.c.quoties.in viti.col.C.de testi.ꝛ in.c.ex literis.in.ij.col.ꝛ in c.fi.in.v.co.de iureiurā.ꝛ in.c.inqsitioni.per illū tex.de senten.excom.Jmo.in.l.in repudianda.ff.de acquiren.heredita.Pau.de
7 ca.in.l.si posthumus.§.fi.de libe.ꝛ posthu.†Tamē si testis dicat se pro certo scire illud quod nō potest cadere in scientiam nostrā sed cadit tm̄ presumptio,iste testis tamen non incongrue loquit̄: nec potest puniri de falso:vt si deponat:ego pro certo scio Titiū esse filium sempronij:nam est impossibile scire.l.lucius.de condi.ꝛ demon.naʒ intelligitur quod certo scit,eo modo quo potest sciri.ita Cy.ꝛ Bald.in.l.filium.ff.de his qui sunt sui vel alie.iuris.Ant.de bu.in.d.c.per inquisitionem.de electio.in.v.notabi. Ad hoc facit optimus tex.in.c.j.de scrutinio.in ꝟbo,scit q̄tū humana fragilitas scire potest/Item ad istū tex.adde qđ no.domi.
8 Gemi.in.c.de capitulis.per illum text.x.distinc.†ꝙ quis dicitur pro certo scire,quādo est certificatus ab homine fide digno.allegat ad hoc etiam text.in.c.sicut pro certo.de simoni./Idē dicit Archi.in.c.de domo.de peni.distin.iiij.facit gl.in.l.titio fundus. ff.de condit.ꝛ demostra.ꝙ dictum notabilis viri inducit iustam credulitatem,cum infinitis similibus que ad hec possent adducisimo plus determinat Domini.de sancto gemi.post Archi.in
9 c.beati.ij.qō.vij.†ꝙ etiam cum iuramento potest quis assertiue dicere illud quod non vidit:sed pro certo tenet et credit.alle.tex. in.c.iulianus.xi.q.iij.ꝛ notatur per Inno.in.c.cuʒ causam.de testibus/Adde etiam glo.notabilem in.l.si quis extraneus.§.sciendū.ff.de acquiren.heredi.que sentit ꝙ vehemens opinio consona veritati:vt postea apparuit idem operatur quod certitudo.
2 mone decidit Bal. in proe. decre. in. vij. col. in fi. † si testator man
dauit bona sua distribui in mulieribus pauperibus maritandis
quãuis indefinite loquutus sit: tñ si essent vidue pauperes mari
tãde, nõ posset in eas fieri distributio, qꝛ vidue trãseunt ad secun
3 das nuptias, et verba testatoris debẽt intelligi de p̃mis. Item per
illum tex. decidit Bal. in. c. olim ex literis. in. ij. col. de rescript. qđ
si arbitro data est potestas prorogãdi terminũ cõpromissi simpli
citer, intelligitur de prima: ꝛ sic de vna prorogatione tantũ: ꝛ nõ
vltra, qđ bene no. ꝛ idem tenet Bal. in. c. fi. in. x. col. ad fi. de cõsue.

4 ¶†Secundo ad idem facit tex.in.c.nō potest.§.j.de preben.in.vj.
per quem decidit Alde.de rosa.in.ij.parte statutorum.q.clxxxij.
incip.cum per dñm fratrē Uber.⁊c.circa fi.ꝙ si alicui cōceditur li
centia ingrediendi clausuram monialium,intelligitur.de prima
5 vice tm̄ ⁊ nō vlteri⁹.¶†Tertio facit tex.no.in.l.si socrus pro filia.
ad fi.prin.ff.pro so.quē Rapha.fulg.ibi in.v.no.ad hoc not.⁊ re-
putat singu.vbi est tex.qd si inter plures fratres inita sit conuen
tio,qd filie maritētur de cōi,⁊ vna maritata sit cōibus expensis,⁊
mortuo marito(q2 oīa bona consumpserat)nō potuit dotem re-
habere,non est denuo de cōi remaritanda:q2 illa cōuentio intel-
ligitur de prima dote ⁊ nō de vlteriori,nisi aliud expresse actū sit:
6 vt ibi est tex.¶†Quarto facit qd determinat Bar.in.l.j.ff.ad leg.
iul.maiest.⁊ in.d.l.dotis.vltima.ff.de iur.do.⁊ no.Ange.in.l.vti-
mur.ff.de sepul.vio.ꝙ securitas cōcessa bannito de eundo ⁊ redeū
7 do,intelligit̄ pro vna vice tm̄,⁊ non vlterius.¶†Quinto facit qd
pulchre decidit Bart.in.l.cū quidā.ff.de annu.leg.ꝙ si testator in
testamento deposuit,ꝙ fratribus sancti Frācisci prestetur vna pi
tantia in festo sancti Francisci,intelligitur ꝙ debeat prestari se-
mel tm̄:non autē quolibet anno in infinitum,ꝗuis ille text.ob-
stet ad oppositum,sꝫ Bart.ibi ad illum conet̄ respondere:⁊ text.
in.l.defuncta.§.fi.ff.de vsufru.⁊ contrariū tenet Raph.cu.in.l.eū
8 qui calen.ff.de verb.ob.¶†Sexto facit,quod determinat Bal.
Imo.⁊ moder.in.l.diuortio.§.quod in annos.ff.solu.mat.per illū
tex.cū glo.de eo qui vendidit vuas que bis in anno fructificant:
9 quod intellligitur de primis tm̄.¶†Septimo facit quod decidit
Bar.in.l.hoc articulo.in vlt.co.ff.de here.insti.quando propositū
est premium ingrediendi talem ciuitatem,ꝙ intelligatur de eo q
10 primus ingreditur:⁊ ꝙ ille solus habere debet.¶†Octauo fa-
cit qd egregie decidit Bal.in.l.j.in.j.co.in fi.C.de fideicō.qn̄ testa
tor grauauit heredem,ꝙ habeat vestire vxorē viduā:an sufficiat
vna vestis,an quolibet anno debeat prouidere de vestimentis.ibi
videas quia quotidianum est:tamen illam decisionē Bal.repro-
bat Alex.in.l.diuortio.§.ob donationes.in pen.col.ff.solu.matri.
11 ¶†Nono facit quod decidit Bal.in.l.licet.in.iiij.q.C.loca.qd si
aliquis conduxit molendinū destructū cū pacto reaptandi,intel
12 ligitur de prima reaptatione tm̄.¶†Decimo facit quod deci-
dit Bal.in.l.fi.in.iij.co.C.de indi.vi.tol.ꝙ si testator faciat testa-
mentum,in quo sub nomine appellatiuo relinquat vxorē suā do
minam massariam ⁊ vsufructuariā,stante hoc testamēto moriat̄
vxor,⁊ aliā ducat,qua superstite defunctus sit testator:ꝙ ista se-
cunda vxor nō admittitur ad tale legatum:ꝗuis factū sub noīe
appellatiuo:q2 intelligi debet de prima vxore:est verum ꝙ cōtra
Bal.tenet Alex.in consil.cccxv.al's.clxx.lib.ij.incip.viso processu
cause vertentis inter dñam Antoniam.vbi cōsuluit,ꝙ si testator
reliquit alimenta future vxori,ꝙ fauore alimentorū intelligitur
nō solū de prima vxore,sed de alijs:q̄ decisio mihi videt̄ ꝙ redda
13 tur ex predictis periculosa.¶†Undecimo facit tex.not.in.l.cum
pater.§.pater certā.in fi.ff.de lega.ij.⁊ ibi Bal.in.iij.no.Imol.et
alij ad hoc no.ꝙ ꝟba simpliciter prolata restringuntur ad p̄mū
14 actū.¶†Duodecimo facit qd vult Bal.in.l.si vt ꝓponis.j.in vlt.
col.C.quō ⁊ qn̄ iu.post Inno.in.c.veniens.de iureiur.ꝙ si alicui est
data potestas arbitrandi,intelligitur semel tātū,⁊ nō vlterius.
15 ¶†Tertiodecimo facit qd not.decidit Bal.in.l.fi.in.ij.colum.
C.de do.ꝓmis.ꝙ statutū disponēs ꝙ frater teneat̄ dotare sororem
si semel eam dotauerit ⁊ casu fortuito dos sit deperdita ꝙ nō te-
netur amplius dotare:q2 statutum non loquit̄ de duplici dote sꝫ
vnica tm̄,ad hoc all'.l.si socius ꝓ filia.in prin.ff.ꝓ soc.quā.s.in pri.
allegaui.tu intellige sane hanc decisionem Baldi prout not.de-
clarat Alexan.post Bart.⁊ alios:vbi in.l.si cum dotem.§.j.in.iij.
16 col.ff.so.mat.¶†Quartodecimo facit qd consuluit Alex.in con-
sil.lxxxj.lib.iij.quod incip.lecto ⁊ discusso laborioso processu.in.v.
col.ꝙ cōmissio seu delegatio facta per summū pontificē alicui de
dando licentiam certo monasterio concedendi in emphiteosim,
17 intelligitur de prima licētia tantū:qd not.¶†Quintodecimo fa
cit qd consuluit idem Alex.in consi.xv.li.iiij.incip.breuiter in ca-
su premisso.ꝙ stante statuto in predijs rusticis vel vrbanis finita
locatione intelligatur facta recōductio,eisdem pensionibus pe-
nis ⁊ qualitatib⁹:nisi ante per tres menses fuerit renuntiatum:
consuluit ipse,ꝙ tale statutum intelligitur de prima recondu-
ctione ⁊ nō de alijs sequētibus.qd etiam bene not.q2 videt̄ fortis
decisio:ex quo mens ⁊ ratio statuentium videt̄ in oībus militare.
18 ¶†Ultimo facit tex.in.l.eum qui calen.et ibi gl.ff.de verb.oblig.
et ad id quod dixi in primo simili.s.quando in compromisso data
est potestas arbitro prorogandi tempus compromissi,ꝙ intelli-
gitur vt semel tantū possit prorogare allegādo Bal.Adde ante
eum Spec.in loco ordinario in titu.de arbi.§.excipitur.ver.qd si
fuit actum in cōpromisso.Alex.in consi.ccxij.qd incip.viso cōsilio
al's per me reddito.Ex predictis remanet bene corroborata cō-
19 clusio gloss.nostre.†ꝙ promittens quem presentare,semel pre-
sentando liberatur.et licet Ludo.roma.hic reprobet istam gloss.
⁊ in repe rubr.ff.de arbi.circa.lx.char.⁊ in.l.si finita.in princ.ff.de
dāno infec.cum talis promissio intelligatur vsq3 ad sniam exeū-
siue.l.grece.§.et post litem.ff.de fideiusso.⁊ vltra eum facit.l.j.in
prin.cum gloss.parua.in ver iudicium.ff.si ex noxa.causa aga.vel
saltem vsq3 quo finita sit instantia:vt est glo.in.l.si seruus here-
ditarius.ff.de diuer.⁊ tē.prescri.declarat Bart.in.l.pe.C.de fideiu.
⁊ sꝫ Paul.de ca.⁊ Alex.aliter distinguāt in.l.ij.§.fi.ff.qui sa.cog.
⁊ idem Alex.in.d.l.si finita.in prin.Tu teneas cōclusionem gloss.
cum duabus limitationibus.Prima est,vt glo.procedat quādo
promissio nō est facta cōtemplatione alicuius iudicij vel litis,vt
est qn̄ familia potestatis aliquē cepit,ego peto eum relaxari pro-
mittens ꝑsentare eū potestati:vt declarant Bar.⁊ Ange.in rub.
ff.in ius vo.vt eant.vel quādo peto relaxari incarceratū ⁊ ꝓmit-
to eū presentare in iudicio:tūc ꝓcedit ista gloss.nam semel presen-
tādo eū,sum liberatus,quēadmodū si etiā nō presentarē elapsis
duobus mensibus,sum liberatus.tex.est singu.in.l.pe.⁊ ibi Bar.
no.C.de fideiusso.sꝫ Bald.in hoc inaduertenter dixerit,ꝙ in per-
petuum tenetur ⁊ male in.l.ij.§.fin.ff.qui sa.cog.si autem ꝓmissio
fieret respectu iudicij vel litis:puta,actor dubitabat ꝙ reus am-
plius non compareret ad iudicium,ego promisi eum presentare:
tunc,q2 ista promissio sit respectu iudicij:verum est,ꝙ intelligitur
vsq3 ad sniam.sic loquuntur allegata ad oppositum.Secūdo in-
tellige istā glo.vt ꝓcedat quādo promissio esset facta simpliciter.
secus si esset adiectum,toties quoties,vel quādocūq3 fuero requi
situs,quo casu vna presentatione nō liberatur,fm̄ Pau.de cast.
hic.⁊ Ange.in.d.l.si finita.in prin.⁊ not.in.l.ij.§.qui exhibende.ff.
de custo.reo.qd per binā presentationem tunc liberaret̄,per text.
in.l.veluti.ff.de eden.sequitur Ludo.ro.in consil.xv.incip.plura
sunt que querunt̄.in vltimo quesito.⁊ Alexā.in cōsi.cclxxxvij.al's
cxiiij.lib.ij.incip.abunde.tamen hoc vltimū cōiter reprobat per
Imo.Ludo.⁊ Alex.ꝯtrarios in.d.l.si finita.in prin.⁊ Alexā.in.l.
qui bona.§.fi.ff.de dā.infec.ad qd vide not.Ange.in.l.qd si nolit.
§.si quid ita.ff.de edili.edic.Bar.in.l.iiij.ff.de custo.reo.Bal.in.l.
qui crimen.C.qui accu.non pos.⁊ Ludo.ro.in.d.l.grece.§.⁊ post
20 litem†Item limita suprascripta oīa in quibus cōclusum est,ver
ba intelligi de primo actu,vt procedat in dispositionibus hoim:
secus est in dispositione legis vel statuti:q2 lex debet intelligi vt
velit disponere nō de vno actu tm̄:sꝫ toties quoties opus fuerit:
al's lex esset imperfecta,vn̄ si statutū disponat,ꝙ de omnibus cau
sis vertētibus inter cōiunctos,debeat fieri compromissum:certe
si semel fuerit factum cōpromissum ⁊ expirauerit,nō intelligit̄ de
primo cōpromisso tm̄:sꝫ ꝙ debeat toties fieri donec causa finem
capiat.ita Bald.⁊ Moder.in.l.veluti.§.hec vox.ff.de eden.⁊ ibi
Bal.dicit,ꝙ hec questio sepe in palatijs versat̄.⁊ idē Bal.in.l.fi-
deicōmissa.§.si qs decē.ff.de lega.iij.per illū tex.⁊ in.l.si vt propo-
nis.j.in vlti.colum.C.quō ⁊ qn̄ iu.⁊ in.l.q per salutē.vbi moder.j
eo.⁊ ibi dicā.⁊ istā limitationē etiā in specie ponit Alex.in.l.si cū
dotē.§.j.in.ij.colū.ff.so.ma.⁊ in consi.vij.al's.ccxij.incip.viso cōsil.
al's ꝑ me reddito.in.ij.col.li.ij.Item p̄dicta limita vt egregie limi-
tat Old.laud.nec alibi legi in cōsi.xvj.incip.thema tale est,titius
habēs vnā filiā ⁊c.vt predicta ꝓcedāt in dispositionib⁹ affirma-
tiuis:secus est in dispositionib⁹ negatiuis:q̄ actu primario nō fi-
niuntur.l.si sic.ff.de ver.ob.l.hoc genus.cū glo.ff.de cōdi.⁊ demō.
vn̄ sꝫ eū,si testator in testamēto ordinauit ꝙ filie sue non nubant
nisi filijs mercatorū sub pena priuationis hereditatis,⁊ filia pri-
mo nupsit filio mercatoris:illo mortuo:querit̄ an possit nubere
alij ꝗ filio mercatoris:⁊ sic an intelligatur de primo actu,consu-
luit no.ꝙ non,ꝓ rōnem predictā:⁊ vltra eū facit bene tex.in.l.si is
qui ducenta.§.vtrū.ff.de rebus du.Et ex his habes plene ⁊ cumu
late recollectā p̄ntē materiā.quā materiā primo adhuc plení⁹ po
sui in.l.in diuortio.§.qd in anno.ff.so.ma.vbi quedam alia similia
21 cumulaui:⁊ quasdā alias limitationes posui.¶†Scdo no.ex ꝟ.
ex duobus.ꝙ iuramētū delatū vni ex reis debēdi ꝓdest alteri.⁊ sꝫ
gl.restringat qn̄ sunt socij oium bonorū:tn̄ Barto.⁊ alij gn̄aliter
intelligūt:prout etiā tenet Bart.s.ea.l.in prin.⁊ in.l.ex duob⁹.in
v.q.princ.ff.de duo.re.Ecōtra autē si vnus ex reis debēdi deferat
iuramētū creditori,nō nocet alteri correo:sicut nec sentētia.l.fin.
ad fi.C.de fideius.sꝫ interruptio ꝑscriptionis facta cōtra vnū no-
ceat alteri.l.fi.C.de duo re.qd vltimū sing.limita vt per Sali.hic
quē refert Alex.⁊ dubitat,vt hic per eum ⁊c.

Exceptio iurisiurandi.

Ex iuramento rei cōpetit exce-
ptio ꝯ oēm actionē que se nō cōpatitur cū iuramento:al's.secus:⁊
ad remotionē speciei,non sequit̄ remotio generis:q2 si iuraui me
nō fecisse rapinā:nō sequitur ergo nō feci furtū.h.d.et aliud non
habetis.¶Glo.in ver.condicatur.diuiditur in quatuor.In pri-
ma declarat text.in alijs tribus opponit ⁊ soluit.partes patent.
1 An quis etiā forensis teneatur litigando satisdare.
2 Sententia lata cōtra principalem,an possit mitti executioni cō-
tra fideiussorem.

Ergo si quis. Ad euidentiā premitte ꝙ intelligit in fideiussore de iudicato soluendo.
ꝓut presupponit Bar. in vlti. q. qui intellectus nō placet, ꝓpter
ꝟ. cōtra. q: si fideiussor nō interposuit hāc stipulationē, nō posset
cōueniri iudicati: vt dixit tex. vñ intelligo tex. ꝓut etiā intelligit
Bal. ꝙ loquatur in ipso reo principali q ꝓmisit de iudicato soluen-
do: vt declarat Barto. post glo. in ru. ff. iudi. sol. in. ij. ⁊. iij. q. ⁊ hoc
1 modo tex. est clarus: ⁊ cessant due opp. Bar. † est verum, ꝙ hodie
per iura noua est immutatum per. §. sed hodie. inst. de satis. quē. §.
singulariter extende: vt ꝓcedat etiā in forensi, vt non teneatur satis-
dare de iudicato soluendo qñ cōuenitur noīe ꝓprio. ita singu. Spe.
in tit. de satis. §. dico. ver. sed pone titius. quē sequitur Bald. in aut.
2 ei qui. circa prin. C. de bo. auto. iud. pos. † Inducitur iste tex. in ver.
potest enī fieri. per Ia. bu. ⁊ Bar. an sñia lata cōtra principalem
possit mitti executioni cōtra fideiussorem de iudicato soluendo: ⁊
licet posset dici, ꝙ iste tex. male allegetur ad istā qōnē tenēdo istū intel-
lectū Bal. quē. s. tenui. tñ cōis cōclusio est ꝙ sic: ne fiat ꝓcessus in
infinitū: tñ in executione poterit fideiussor opponere, ꝙ non pro-
misit gl. est in. c. j. de iniur. ⁊ dā. da. in. vj. late Barto. post antiquos
in. l. j. ff. iudi. sol. glo. ⁊ Bal. in. l. fi. C. de vsu. rei iu. Bal. in. l. ij. §. fin.
ff. q satis. cog. ⁊ plenius in. §. fi. insti. de satis. ⁊ in addi. Spec. in titu.
de sen. in. xvj. col. ⁊ in. l. grege. ff. de pig. Imol. in. l. a sñia. in princi.
ff. de appel. ⁊ in. l. ex duobus. in. iiij. col. ff. de duo. re. imo talis fide-
iussor licet contra eum possit fieri executio sine nouo ꝓcessu. et sic
possit ledi: tamē nō venit citandus ad audiendā sñiam: vt singu.
tenet Bald. in. §. que iurauit. s. ea. l. Nunquid autē ꝯtra fideiusso-
rē ra. ha. possit mitti sñia executioni sine nouo ꝓcessu, ponit Bar.
in. l. si sine. §. cū autē. in fi. ff. rem ra. ha. No. ex isto tex. ſm Bar. non
hic: sed in §. si quis iurauerit. s. ead. l. ꝙ exceptio debet necessario
cōcludere, al's nō est legitima. facit. l. j. §. labeo. ff. de flumi. Item ad
istū tex. ⁊ ea que hic ponit Barto. vide oīno Are. in. l. naturaliter.
§. nihil cōmune. in. xiiij. co. ff. de acquir. pos.

a ¶ Ultima opiñ. Adde Bar. in. l. fides. ff. de bono. pos.

b ¶ Ultima mora. Adde l. si seruū. in §. sequitur. ff. de ver. obli.

c ¶ Iurauit. Adde Io. de imo. in ru. ff. de ꝟ. obli. Alexan. de imo. ꝯs. xvj. incip. pōderatis narratis. l. iij. vol.

d ¶ Ualeat receptio. adde doct. in. c. cū M. ferrari. de cōsti.

1 ☞ Antecedens an inferat suum consequens.
2 Ultima in omni materia derogant prioribus, cum sequentibus.
9 Quid in eadem persona.
10 Quando quis iurauit nō facere si postea faciat sine iuramēto, an valeat. nu. 10. cum sequentibus.
14 Sñia cōtra sñiam, vel iuramentū ꝯtra iuramentū, an valeat.
15 Quādo vterqꝫ frangit fidem, nemo est periurus. nu. 16. ⁊. 17.
18 Iuramentum habet vim ꝯfessionis quomodo intelligatur.

Item pomponius. Qui iurauit furtum fa-
ctum sibi fuisse, non sem-
per habet cōdictionem furtiuam. hoc primo. ⁊ vltimo iuramento
standum est, etiā si sit ꝯtrarium primo, nec ex hoc arguitur alicuius
periuriū. h. d. cū. l. seq. vsqꝫ ad. l. eū q. Et ratio in prima parte est
q: furtum pōt fieri nō solum dño, sed vnicuiqꝫ cuius interest. l. si
is qui. ff. de furt. sed cōdictio furtiua nō potest cōpetere nisi dño
1 l. 1. ff. de condi. fur. ⁊ istud vult dicere text. in versi. non statim. † Ex
quo no. Bald. ꝙ qñ antecedens stat cū distinctione consequentis
non infert ipsum ꝯñs, sic in. l. neqꝫ natales. C. de proba. iste tex. ꝓ-
cedit qñ iuratū est super furto affirmatiue: qñ autem negatiue iu-
2 ratur, est tex. in. l. si duo patroni. §. idem iul. s. eo. ¶ † Secundo no.
ex tex. ibi posterior causa, regulam quod vltimo iuramento stan-
dū est, ⁊ qd vltimū derogat primo, adde text. in. c. tua nos. extra
eo. tit. Idem in pactis. l. pacta nouissima. cū gl. C. de pac. Idem in
contractibus. l. cū in plures. §. locator horrei. ff. loca. ⁊ text. in. l. j. §.
fi. ff. de stipu. ser. ⁊ in. l. clari. ⁊ ibi Bald. ad hoc. not. C. de fideicom.
3 † Adeo ꝙ in contractibus nō est necesse apponere illa verba, cas-
santes ⁊ annullantes omnem alium contractum precedentem: eo
quia talis clausula tacite inest tex. est ad hoc singu. ſm Bald. ibi:
in. c. j. de transac. Idem est in constitutione procuratorum: q: vlti-
4 ma derogat prime. l. si quis in ꝓcuratorio. in fi. ff. de ꝓcu. ¶ † Idē
est in rescriptis. c. ceterum. de rescrip. no. in. c. j. eo. titu. Sic in vlti-
ma voluntate. l. iij. §. fi. ff. de adi. lega. l. hac consultissima. §. si quis
autē. et. l. sancimus. C. de test. l. si quis priori. ff. ad treb. §. posterio-
re. insti. quibus mod. test. infir. ⁊ ideo in secundo testamento sem-
per intelligitur clausula cassans ⁊ irritans, ſm Bald. in. l. fin. in.
5 v. q. C. de edic. di. adri. tol. † Idem est etiam in codicillis, q: vltimi
preualent ⁊ derogant alijs in. l. cū proponas. vbi glo. ⁊ Barto. C.
de codicil. Idem est in legibus. l. sed et posteriores. ff. de legi. Idē
in statutis: vt no. Bartto. in. l. si certarū. §. fi. ff. de testa. mili. ⁊ in. l.
omnes populi. in vlt. q. iij. q. princi. ff. de iu. et iure. Ang. in. l. ciuile.
6 ff. de legi. † Sic vltima opinio[a] censetur approbata: vt not. Bart.
a in. l. bonafides. per illum tex. cum gloss. ff. depositi. glos. in. l. qui fi-
7 lium. §. sabinus. ff. ad trebellia. cum multis similibus. † Sic vlti-
ma consuetudo inducta ⁊ prescripta tollit precedentem, gloss. in
l. nemo. §. temporalis. ff. de regu. iur. Bald. not. in cap. j. de feudi
cog. Sic vltima fama tollit priorem. l. si mater. vbi gloss. C. ne de
sta. defun. Bar. in. l. fi. C. si seruus aut liber. lib. x. ⁊ in. l. is potest. in
viij. colū. ff. de acquir. here. Bald. in. l. sacrosancte. in fin. C. de sac.
sanc. eccle. ⁊ in. l. fi. ff. de feu. ⁊ in. c. cū inter. R. seniorē. de elect. Itē
8 ad predicta vide gloss. no. in. l. quoties vtriusqꝫ. ff. de reg. iu. † Sic
b etiam dicimus ꝙ vltima mora[b] nocet. l. illud. de peri. ⁊ cōmo. rei
vendi. Intellige regulam huius tex. procedere in iuramento vo-
luntario vel iudiciali: sed non in necessario ſm doc. hic: q: postꝙ
delatum est voluntariū vel iudiciale, per qd impositus est finis
liti. l. si duo patroni. §. idem iulianus. s. eod. ⁊ iurās habet funda-
tam intentionem suam, nō potuit iudex deferre alteri parti iura-
mentum necessarium: imo non valeret consuetudo vel statutum
aliter disponens. tex. est solennis in. c. ij. de proba. quem Bal. ibi,
ad duo precipue reddit singu. nisi ex noua causa faceret ſm Sui.
et Alexā. hic, per regulam. l. qd iussit. ff. de re iudi. iunctis his que
dicunt Moder. post Barto. in. l. fi. ff. de preto. stipu. Iuxta istum
9 tex. cadit necessarium dubium. † Nūquid regula huius text. que
ꝓcedit in diuersis personis, habeat locum in eadem persona, que
iurauit aliquid in futurum non facere, si postea faciat ⁊ secundo
loco iuret: nūquid preualeat primū iuramentum derogatoriū ad
sequentes actus: an vero standum sit scdo iuramento. Cano. ha-
bent gloss. singu. in. c. licet mulieres. in glo. fi. de iureiur. in. vj. que
c tenet, ꝙ si mulier iurauit[c] non alienare in futurum rem dotalem:
⁊ postea alienat cū iuramento, nihil valet alienatio iurata ꝓpter
primū iuramentū: ⁊ ex illa gloss. colligitur consiliū: et prouisio ad
c. cum contingat. de iureiurā. et ad aut. sacramēta puberum. C. si
aduer. vendi. ⁊ ita per illam glo. tenet Specu. in ti. de emp. ⁊ ven.
§. tertio loco. ver. quid ergo. ⁊ ꝟ. ⁊ no. generale consilium. cum illa
glos. tenet Bart. in. l. si prediū. C. de iure do. ⁊ in. l. si quis pro eo. in
tertio membro principali. ff. de fideius. late Cano. in. c. cum contin-
gat. de iureiur. ⁊ dicit do. Alexan. hic: ꝙ illa glos. in terminis suis
est cōiter approbata: ꝓ qua est bonus tex. in. c. intellecto. ⁊ in. c. ve-
niens. de iureiurā. ⁊ tex. in. c. dilecto. in versic. nisi forte. de preben.
Lud. ro. cōtra illam gl. ponderat text. in. c. sicut ex literis. de spon.
⁊ quedam alia satis corrupte alleg. postea pro concordia late di-
stinguit, ⁊ fuit ante eum distinctio Imo. i. d. c. dilecto. ⁊ in. l. cū vir.
10 ff. de vsuca. ⁊ in. l. si estimatis. ff. so. ma. † Tu pōdera, ꝙ ꝯtra istam
glo. fortiter facit, ꝙ si aliqs iurauerit in futurū nō facere talē actū
vel ꝯtractū: si postea facit etiā sine iuramento valet secundus actus:
licet faciens sit periurus: quāto magis valeret secundus actus, si
interueniret iuramētum. Istam conclusionem probo ex quatuor.
Primo ex eo qd vult glo. singu. in. c. fi. in ꝟsic. reuocatus. de ꝓcur.
lib. vj. q̄ tenet, ꝙ si iuraui nō reuocare talē procuratorem: ⁊ postea
reuoco: valet reuocatio, licet sim periurus ⁊ multi tenent illam glo.
Scdo facit qd decidit Barto. in. l. oēs populi. ff. de iu. ⁊ iur. in. iiij.
q. iij. qō. prin. ver. circa tertium. qñ primū statutum est iuramento
firmatum: vbi tenet, ꝙ valet scdm statutū per qd reuocat primū
qd erat iuratum: licet statuentes sint periuri. de quo late disputat
Albe. in aut. hoc inter liberos. C. de test. no. Bald. in. l. clari. C. de
11 fideicō. ⁊ Panor. in. c. pro illorum. de prebē. † Tertio facit quod
licet testator iurauerit non mutare testamētū: tamen si mutat, ⁊
sic faciat scdm testamentū, valet licet incurrat piuriū. gl. ⁊ Archi.
xij. q. ij. c. vltima voluntas. Ioā. and. in regula qd semel. in mercu.
Bar. in. l. si quis in principio testamēti. in vlti. colū. ff. de lega. iij. ⁊
in. l. cū duobus. §. idem scribit. ff. pro so. Bald. in aut. hoc inter li-
beros. C. de testa. Quarto facit qd volūt Specu. ⁊ Ioā. and. in. ti.
de lega. §. nunc tractemus. versicu. quid si legatus reseruauit. vbi
d volunt, ꝙ valeat receptio[d] in canonicum facta vltra numerum
taxatum a statuto iurato: licet canonici scienter recipientes sint
periuri. Idem tenent do. Anto. de but. Pet. de ancha. ⁊ Panor.
in. d. c. dilecto. ⁊ ibidē Imo. qui dicit, ꝙ istud cōmuniter tenetur
tamen fortiter obst. tex. in illo. c. dilecto. in versi. nisi forte. ⁊ dicere
prout dicunt ibi Cano. ꝙ illa sunt verba narratiua partis, nō est
tutum: ex quo papa in illis se fundat. c. si papa. de priuile. in. vj. ⁊
adherendo huic opi. nō obstabit gloss. d. c. licet mulieres. vt pate-
bit ex limitatione quā statim ponā. Tenendo tamen gl. d. c. licet
mulieres. eam limita vt procedat in terminis suis, qñ mulier iu-
rauit non alienare rem dotalem, ⁊ sic iuramentū fuit prestitū sup
eo qd erat prohibitū a iure cōi: tunc illud iuramentum qd cōcur-
rit cum prohibitione iuris cōis, bene impedit actum scdm in con
trariū ꝗuis iuratū. ⁊ in istis terminis etiam procedit text. in. d. c.
intellecto. ita limitat Io. de imo. in. d. c. dilecto. ⁊ Lud. ro. ⁊ Alex.
12 in ꝯsi. xvj. lib. iij. incip. pōderatis narratis in themate. ¶ † Secūdo
no. limita. d. gl. vt procedat, qñ ille cū quo celebratur secūdus actus scie-
bat talem actum fieri cōtra iuramētū prius prestitū: nā non potest
conqueri postꝙ sciuit: sed si ignorauit prout in dubio presumitur
per regulā. l. verius. ff. de proba. tunc valebit secundus actus, non
obstante primo iuramēto. ita limitat Ioan. de imo. in. l. cū vir. in
pe. char. ff. de vsuca. ⁊ ante eū Io. fab. insti. qui. alie. l. vel non. in
prin. ⁊ sequitur Alex. in. predicto cōsi. xvj. li. iij. Tertio limita. d. glo.
qñ iuramentum primū fuit prestitum a muliere in manibus pa-
tris vel alterius cuius interesse poterat, alias si mulier iurasset:
sed nō in manibus alicuius, tanꝙ iuramētū primū sit nudum, nō
impediret

impediret scdm actũ fieri,ita limita.Bal.hic.& d.Alexã.cõmendat & reputat sing.lz dubitet & inclinet ad oppositum.Sed tu ad de Bal.idẽ tenentẽ in.c.veniens.de iureiur.& expresse firmat Ale
13 xã.in.d.q̃si.xvj.† Aduerte etiã q illud qd dr per gl.in.d.c.lz mulieres.q statur primo iuramento nõ vltimo:procedit qñ iuramẽtuz prestat ab eadẽmet:secus si a diuersa persona: q staretur vltimo nõ primo:ita proprie loquitur tex.noster: item intellige quando vtrũqz iuramentũ esset licitũ:secus si primum esset illicitum.tex.
14 habes & exẽplũ in.c.tua nos.de iureiu.¶ † Tertio principaliter
a no.q licet nõ valeat sñia cõtra sñiam[a].l.j.C.qñ pvo.non est neces.c.inter monasteriũ.de re iudi.etiã de cõsensu partiũ: vt est glo.singu.in.l.si diuersa.C.de transac.de qua glo.dixi in.l.nã & postea.§.si dãnetur.ff.eo.tñ benevalet iuramentũ cõtra aliud iuramẽtũ:ra
15 tionẽ differentie assignaui in.d.§.si dãnet.¶ † Quarto no.ex tex.ibi:nec p̃iudiciũ periurio,hic videri tex. ad limitationẽ.l.alias.ff.eodẽ.vbi est tex.q si aliquis iurauerit vnum postea feratur sñia per quã pronũtiet q̃rium,q per illam sñiam detegitur periuriuz.nam licet istud ibi sit in sñia q̃ria iuramento:tñ hic est text.q p secundũ iuramentũ cõtrariũ primo per aliũ prestito,non detegitur periuriũ:rationẽ assignat tex.sub verbis obscuris: tamen an alia ratio possit reddi videbis in sequen.no. Itẽ not.ex eisdem verbis iuncta glo.in ver.alterius.fm Bal.hic:q si duo iurant cõtraria quis alter debeat esse periurus:tñ propter incertitudinẽ nemo eorum potest de periurio puniri:idem not.Bald.in.l.sed & si pos
16 sessor.§.sed et si rerum.ff.eo.& in.l.preses.C.de sen.† Similiter qñ duo frangunt ad inuicem iuramentũ,neuter est periurus.c.iij.et ibi ad hoc not.Bal.de iureiur.subdit.d.Alexa.per istũ tex.q qñ
b testes hincinde [b]examinati sunt q̃trarij,nullus potest de falso pu
17 niri alleg.Bal.in locis de quibus hic per euz.¶ † Tu adde bene facere optimũ simile,q si testes instrumentarij de directo cõtradicant cõtentis in testamẽto,nemo potest p̃pterea de falso puniri, nec notarius propter testes,nec testes,p̃pter instrumentũ: prout pulchre tenet Spec.in tit.de teste.§.j.versi.sed pone ecce iudex.et in tit.de instru.edit.§.restat.versi.sed quid si vnus ex testibus.Anto.de but.& Panor.in.c.ad euidentiã.de prescrip.& idem d. Ant.in.c.cũ parati.de appel.& Panor.in.c.cũ causam.j.de testi. Anto.& Imo.in.l.j.§.si quis neget.ff.quẽad.test.ape.Lud.roma.in.l.j.§.fi.ff.de ver.obli.Alex.in consi.lxx.incip.viso processu inquisitionis formate.in.ij.colum.& in consi.lxxiiij.incip.viso testamento Ioannis.in pe.col.& in cõsil.ccvij.incip.visis processibus.Caue tamen, inquantum Alex.allegat Bal.in.l.testium.in.v.co. in.j. quest.C.de testi.nam Bal.videt tenere oppositũ dũ tenet dari materiam iudici ad inquirendum in alterutrũ,& dicit hoc fuisse de facto hic Padue eo hic legente:de quo vltimo etiam per Francis.de aret.in consilio.lxxj.incip.diligenter & mature perspectis.in.v.colum.
18 ¶ † Ultimo not.ex hoc tex.fm Pau.de ca.hic:& in.l.qui iurasse.§.fi.ff.eo.contra vnam regulam cõem doct.q iuramentum habet vim cõfessionis.i.q deferens iuramentũ videtur confiteri illud qd ille iurauerit:nã hic videtur tex.in oppositũ,q qui defert iuramẽtum nõ videtur cõfiteri verũ esse illud qd iurabit,quia sic fatere periurium:& tñ tex.hic dicit nec preiudiciũ &c.rñde,q qui defert iuramentum tacite cõfitetur,& tacita cõfessio nõ sufficit fm Alexã.in.d.l.qui iurasse.§.fi.vbi ponit alias solu.

1 ☞ Cessante causa,cessat cõmodum & grauamen.
2 Statututum q scholares habeantur pro ciuibus,intelligit quo ad fauorem.
3 Iuramentum non est proprie probatio.
4 Onus vult honorem.nu.5.
6 Quando reus releuat actorẽ ab onere probandi,an euitet condẽnationem dupli & expensas.
7 Actio subrogata quõ sapiat naturã eius cuius loco subrogat.
8 Negans & postea cõfitens,an euitet penã.nu.9.10.11.13.
12 Actor q iurauit reo deferente,põt nõ vti,& p̃bare per testes.
14 Que negatio faciat crescere penam dupli.nu.16.
15 Clausula nego narrata put narrantur & petita prout petuntur.

EUm qui. Ista lex in hoc principio est multũ not.& eam reputat singu.Bald.in c.qñ frequenter.§. qd si super.in.iij colum.vt lite non contesta.Ad euidentiam premitte,q iurisconsultus in hoc principio non facit specificam mẽtionẽ de aliquo iuramento:sed indefinite dicit q abunde sufficit exonerare.pondera verbum indefinite prolatuz exonerare:ideo potest intelligi de iuramento voluntario vel iudiciali:put loquunt precedentes leges huius tit.& tunc intellige exonerare.s.ipsum reum:& iste intellectus est cõis.Secũdo modo potest intelligi fm Bar.in vlti.col. q loquatur in iuramẽto necessario delato a iudice in supplementum p̃bationis:& tunc supple ad tex.exonerare.s.ipsum iudicem hoc esse abunde sufficit iudicem exonerare petitorem &c.Secundo aduerte q istud principium habet quatuor respõsa. Primũ legitur duobus modis per doct.q principium loquatur quãdo durabat eadem causa & actio.Secundo & notabilius legitur quãdo mutata est actio, quia actor p̃mo egit actione.l.aquilie.& delato sibi iuramento nunc agit actione in factum ex iuramento,& sic actio mutatur.Querit nunquid ista actione mutata fiat condemnatio ad duplum:& iste intellectus magis placet p̃pter versi.fin.et potest,qui magis congruit huic secundo intellectui q̃ primo:& ad istum secundum intellectum vadit oppo.formata in gloss.in verb.pedius.Secundum responsum,in verb. abunde. non variatur in intellectu.Tertiũ responsuz in verb.cum omissa.legitur duobus modis,& quilibet est bonus.Primo q intelligatur ante iuramentũ prestitũ.Scdo vt intelligat post iuramentuz: dicetur in glos.in ver.omissa.Quartũ responsum in ver.& potest.legit per do.Alex.duobus modis.Primo vt sit ratio primi dicti fm primum intellectum,qñ actio nõ fuit mutata,que sit ratio quare cõdemnatio nõ fit ad dupluz:& ratio assignatur hic in fi.quia maleficium non probatur vere sz qd in principali causa exercebatur: sed probatur solũ p iuramentũ actoris.Alio & scdo modo & plenius legitur q hic ponitur ratio primi dicti fm alium intellectũ, sed quando actio fuit mutata,quare nõ succedat cõdemnatio ad duplum:ratio hic ponitur, q nõ exercetur principalis causa sed causa iuramẽti.Sũma istud principiũ dupliciter:vt per Barto.vel sic et plenius.In actionibus in quibus crescit condemnatio ad duplum per negationem:lz reus primo negauerit:si tamẽ postea detulit actori iuramentũ,non fit condemnatio ad duplum: ex quo actor non est grauatus onere probandi,sed releuatur per iuramentum:si tñ actor nõ vult vti iuramento:sed probare per testes vel alio modo,vt penam negationis consequatur, potest & debet admitti.h.d.Diuide vt per gl.hic in verb.abunde.in quatuor partes:& istam diuisionem sequitur Bar.Albe.Fulg.& cõiter omnes: tu dic melius fm Pau.de cast.q in.iij.parte in versi.cũ omissa.respondet tacite obiectioni: non autem ponitur ratio.
1 ¶ † No.in ver.abunde.fm summarium Bar.q vbicunqz grauamen est causa alicuius cõmodi,cessante grauamine:& sic cessante causa,cessat ipsum cõmodum:nã q actor grauabat onere p̃bãdi cõtra reum negantẽ, cõsequebat cõmodũ q reus condẽnabatur ad duplum:pone q cesset grauamen:certe cessabit etiã cõmoduz condẽnationis ad duplũ:vñ facit iste tex.q si princeps cõcederet speciale cõmodũ ciuibus,p̃pter onus qd sustinuerunt,illud commodum non consequentur scholares qui ex forma statuti habent pro ciuibus:& ita limitatur doctri.Bart.in.l. iij.§. emancipatus filius.per illũ tex.de bo.pos.fm tabu.sequit Bald.et ibi plenius
2 Moderñ.in.l. si ruffinus.C.de testa.mil.† vbi dicunt,q statutum disponens q scholares habeantur pro ciuibus, intelligitur quo ad cõmoda & honores,nõ quo ad onera:& in sili Bar.in.l.alexandrinis:per illũ tex.C.de decu.lib.x.cũ cõcor.traditis in.d.l.si ruffinus qd vltimũ limita,nisi statutum diceret q habeantur in oibus & per omnia,vt singu.limitat Ang.in.l.ij.§.furiosus.per illũ text.ff.de iu.codicil. sequitur Lud.in.l.adoptiuum.§. patronus.ff. de in ius voc.& Alex.in.l.j.ff.de leg.j.Scdo sing.limita,nisi statutum diceret q habeantur et sint:tunc per talia verba geminata statutum intelligeret eos vere ciues creari: ita singu.Bald.in proemio ff.or circa fi.princi.sequitur Alex.in.l.j.§.si.fi. qd quisqz iur.& And.barba.in repe.rubr.C.qui admit.in.xxv.co.vbi dicit se sepenumero cõsuluisse fm hanc doctrinã.Tu adde Bal. expresse te
3 nentem contrarium in.c.licet,de vitanda in.ij.col.de elec.¶ † Secundo no.ex eo.versi.in ver.exonerare.fm Bal.hic:q iuramentũ nõ est proprie p̃batio:sed potius releuatio ab onere probandi:de quo dixi in.l.non erit.§.dato.vbi etiam posui an iuramentum sit
4 legitima probatio.¶ † Tertio not.ex eo.versi.illud vulgare:qd q in vno alleuiatur,in alio debet grauari.cõcor.sunt in glo.& q contrariorum eadem est disciplina.l.j.ff.qui sunt sui vel alie.iur. similiter qui in vno grauatur,in alio debet alleuari, q̃uis Albe. hic: in vlti.opp.dubitet,quomodo istud vltimum probet in hoc text.
5 † Adde aliud vulgare simile,q onus vult honorẽ,& ecõtra.l.amicissimos.in prin.de excu. tut.& qui recusat onus puta tutele,p̃dit emolumentũ legati.l.nesennius.§.fi.ff.de excu.tut.l.etiam partis.ff.de lega.j.§.q vltimũ limita qñ quis recusat onus tutele pupilli per hoc nõ perdit substitutionẽ pupillarem factam a patre.text.est ad hoc solẽnis in.d.l.amicissimos.in princ.vbi Nico.de neapo.in lectu.Bar.ad hoc not.& dicit q quilibet diceret cõtrarium:et Lud.ro.vbi pulchre limitat in consi.ccvij.incip.si volumus hanc substitutionẽ:alibi dicitur,q ad quem transit emolumentũ,etiaz transit onus.l.j.§.pro secũdo.cum si.& ibi Bal.in.j. not.C.de cad.
6 tollen.¶ † Quarto no.ex hoc tex.q qñ actor releuatur ab onere probandi propter iuramentũ qd reus sibi detulit,reus euadat penam dupli.Nota tamen diligenter,q per hoc non euadit,quin debeat cõdemnari in expensis.text.est in.§.si tibi studiũ. post me.illius.§.in aut.de trien.& se.fm Guil.de cu.Albe.& Angel.hic:et dicit Ang.q ille tex.est ad hoc singu.¶ Glo.j.inquantũ allegat §.item mixt.insti.de act.debet allegare tex.in.§.omnes.in versic.

a ¶ Sñiam. adde Bar.in l.acta.ff.de re iud.Bal.in.l.j.C.si re.rescind.non pos.Bal.i.l.post rem.ff.de transac.

b ¶ Hincinde. Adde Bal in.l.testiũ.in j.q.C.de test.Bald.in.l.preses.

sed'cum fieri.instit.de act.⁊.§.fi.instit.de obli.q̃ ex quasi ꝯtractu.
q̄ ille.§.itē mixta.nihil facit.¶ Glo.in ꝟ.pedius ait.⁊ in fi.aliter
rñ.ꝙ respōdeat Bar.quē sequit̃ Ange.⁊ quē vide ꝑ te:responde
melius per doctri.glo.no.in.l.certi cōdictio.in prin.in glos.mag.
7 ad fi.quā Bar.ibi multū not.s̄.ti.j.vcȝ† ꝙ illud qđ dicit̃ qđ actio
subrogata sapit naturam eius cuius loco subrogat̃ est verū pri/
mordialem.l.item veniunt.§.cum prediximus.ff.de peti.here.sed
natura primordialis est,ꝙ det̃ ad simplū:⁊ ita respondent Albe.
Fulg.⁊ Ro.hic.¶ Gl.in ver.omissa.diuiditur in duas. Primo
declarādo tex.ponit primū intellectū. Secūdo ibi,quid autem si
postea.gloss.per viam qōnis ponit secūdum intellectū. Ex primo
intellectu Bar.infert duo. Primo limitationē ad.l.manifeste.j.
eo.⁊ in hoc bene dicit,q̄ pōt quis recusare iuramentū,qn̄ iurādo
8 cōdemnatio minueretur.† Secūdo infert ad statutū minuēs pe/
nam delicti cōfitenti illud,ꝙ si reus primo negauerit:postea ve/
lit confiteri,potest iudex vel accusator spernere cōfessionē,⁊ ꝓba
re ꝑ testes.idē tenet Bar.in.q.per eū disputata:incip.cōiter per
Italiā sunt statuta.⁊ Bal.in.l.si vnus ex socijs.§.fin.per illū tex.
ff.pro so.⁊ Sali.in.l.cōtra negantē.C.ad le.aquil. Breuiter Bar.
in hoc male dicit:⁊ ꝯtra eū tenet Bal.Ang.Sali.⁊ oēs Moder.
hic:⁊ cōtra Bar.est bonus tex.in.l.electio.§.neqȝ.ff.de noxa.⁊ gl.
in.§.item mixta.in glo.magna.in verbo.distulerint.instit.de act.
ꝙuis Alex.hic in.iij.col.vno modo:⁊ in.v.alio modo rñdere cone
tur ⁊ minus bene,q̄ imo illa gl.relata ad tex.loquitur in pena:⁊
Imo.etiā se firmat lȝ postea in ꝯrium opponat de vno text.prout
plerūqȝ gl.faciūt:alia quedā allegāt hic Fulg.⁊ Paul.de cas.sed
9 q̄ leuia sunt nō curo referre.† Teneas ergo cōtra Bart.ꝙ licitū
est reo accusato,ꝙuis semel negauerit:adhuc tn̄ poterit cōfiteri
vt beneficiū statuti cōsequat̃:sed punctꝰ est videre vsqȝ ad qđ tp̄s
possit. In hoc doc.variāt,aliq tenēt,ꝙ licita sit penitentia,donec
probatū sit ꝯriuȝ,etiā post lit.cōtesta.ita tenent Bal.Ang.⁊ Sa/
li.hic:⁊ Bal.in.l.ea que.in.xj.q.C.de cōdi.inde.ista est falsa,cum
speciale sit in minore,ꝙ post lit.ꝯtest admittātur:vt est text.in.d.
l.electio.§.neqȝ.ff.de noxa.vera sn̄ia est,ꝙ admittitur penitentia
vsqȝ ad lit.cōtesta.exclusiue,vt est tex.in.d.l.electio.§.neqȝ.glo.in
§.itē mixta.insti.de act.bona glo.in.l.inde neratius.§.hec actio.
ff.ad le.aquil.glo.in.l.de etate.§.fi.ff.de interrog.act.⁊ in.l.fi.ff.de
rei ven.⁊ in.c.fi.in ver.iusta causa.de iureiur.in.vj.ita tenet Bal.
in.l.quidā estimauerūt.s̄.tit.j.⁊ in.l.j.in.j.col.C.de furt.⁊ in.l.j.in
v.col.C.de confes.Ange.⁊ Imo.in.l.sed hoc ita.§.hoc autem.de
re iudi.Ange.⁊ Moder.in.l.si dubitet̃.in prin.ff.de fideius.fallit
in minore.l.si ex causa.§.nunc videndum.ver.sed si cū dāno.ff.de
mino.⁊'est melior tex.i.d.l.electio.§.neqȝ.in fi. Et si dicas quomo/
do reus in prima negatione potuit negare delictū quin sit facta
litis cōtesta.respōdet̃,ꝙ qn̄ reus cōparet ⁊ negat delictū:ista ne/
gatio pōt fieri ad finē cōtestādi litē qđ presumitur:potest etiā fie/
ri negatio ꝑ viā exceptionis opposite,⁊ regula est ꝙ reus oppo/
nendo exceptionē,nunꝙ dicit̃ litē cōtestari.c.ij.de litis cōtesta.in
vj.not.Bal.in.l.quidā estimauerūt.s̄.tit.j.⁊ Lud.roma.hic: sunt
qui saluant Bar.vt loquat̃ quātum ad perdendum beneficiū sta/
tuti/qđ de facili perditur.ar.l.eius militis.§.militia missus.ff.de
10 testa.mili.† q̄ verba statuti dicentia,ꝙ confitenti delictū debeat
remitti pars pene,debent intelligi de prima confessione.l.boues.
§.hoc sermone.ff.de ver.signi.iunctis his que dixi in.l.duobus.§.
si ei.s̄.eo.sed alleg.in oppositū loquunt̃,ne reus per negationem
incidat in maiorem penā.istam saluationem ascribit sibi Lud.ro
ma.hic:sed eam ponit no.Bal.in.c.dudum.el.ij.in.vj.colum.de
elec.⁊ in.c.j.§.porro.q̃ fu.pri.cau.be.amit.⁊ in.l.error.in.vj.colum.
C.de iur.⁊ fac.igno.⁊ in.l.cōtra negantem.C.ad le.aquil.⁊ in.l.de
etate.§.fi.ff.de interro.act.⁊ in eam inclinat Sali.hic. Tu consyde
ra,ꝙ ista saluatio lȝ sit pulchra,tn̄ nō est de mente Bart.q lȝ for/
met qōnem in beneficio remissionis pene per statutū:tn̄ fundat se
ꝑ hūc tex.cū gl.qui loquitur in pena augēda:⁊ sic de mēte Bart.
11 nō est inter ista cōstituere differetiā.† Preterea multa sunt benefi
cia iuris.que negādo qs perdit:vt plene recollegi i.l.qđ te.i gl.in
ver.in potestate.s̄.tit.j.tamē postea per cōfessionē ante lit.contest.
recuperant̃ per.d.l.electio.§.neqȝ.⁊ ibi Bal.not. Ange.Imo. et
Moder.in.l.sed hoc ita.§.hoc aūt.ff.de re iudi.Ang.⁊ Moder.
in.d.l.si dubitet̃.§.j.ff.de fideius.ergo apparet ꝙ vbi etiā tractatur
de bn̄ficio statuti in quibꝰ terminis loquit̃ Bar.hic:ꝙ nō obstan
te,ꝙ semel negauerit,pōt etiā cōfitendo cōsequi illud beneficiū.⁊
tenendo istā opi.indistincte ꝯtra Bar.nō potest aliter rñderi ad
istū tex.nisi ꝙ reus hic nō pure ⁊ simpl'r cōfitebat̃:sed ita demū,si
actor iuraret:ex quo iuramento dr̄ actor aliquat̃r grauari.l.illud
aut illud.§.j.ff.de cōsti.pecu.⁊.l.ij.per totā.ff.de ꝯdi.insti.nimirū
si actor potest respuere talē ꝯfessionem,que nō est pura ⁊ simplex.
secus est qn̄ reus cōfiteret̃ pure:vt etiā rñdent Fulgo.⁊ Pau.de
12 ca.hic.† Ex scđo intellectu glo.no.ꝙ actor q iurauit deferente reo
pōt si vult,nō vti iuramēto ⁊ denuo ꝓbare per testes vt consequa
tur condēnationē dupli:q̄ nō obstante iuramēto habet primam
actionē saluā,cū iuramentū habeat vim nouatiōis nō priuatiue
sed accumulatiue:vt est glo.no.in.l.qui iurasse.§.fi.⁊ ibi dixi.s̄.e.
limita cōclusionē glos.ꝑ tex.not.in.l.si duo patroni.§.idem iulia/
13 nus.in fi.⁊ ibi dixi.s̄.eo.† Per hanc glo.infert mirabiliter Bart.
ꝙ si reꝰ semel negauit delictū,⁊ postea cōfessus est,⁊ iudex admi/
sit confessionem:ꝙ adhuc potest accusator ea non obstante ꝓba/
re delictū per testes,⁊ facere ꝙ reus perdat beneficiuȝ statuti:se/
quitur Alex.hic:post Bal.in lectu.antiqua.tu tene ꝯrium,prout
tenent Sali.Fulg.⁊ Lud.ro.hic:q̄ postꝙ iudex acceptauit,par/
te nō reclamante,acqsitū est ius reo,qđ sine eius facto ab eo aufer
ri nō debet:⁊ tex.iste in quo se fundat Bar.cū glo.non loquit̃,qn̄
cōfessio fuit expresse acceptata a iudice:⁊ faciunt que dixi contra
14 Bar.in precedēti parte glo.¶ † Extra gloss.querit Bar.que ne/
gatio faciat crescere cōdēnationē ad duplum,⁊ reducendo verba
Bar.ad cōpendiū cōclude triplicē negationē sufficere:primo fa/
cti. Itē qualitatis per quā facti substātia alterat̃:puta circa locū
vel tempus in accusatione insertum.l.denuntiasse.§.quid tamen.
vbi plenius Bart.ff.de adul.intelligendo:vt ibi ꝑ Ange.⁊ Imo.
in.l.is qui reus.ff.de pub.iudi. Bald.in.c.j.§.porro.q̃ fu.pri.cau.
be.amit. Item ⁊ tertio qn̄ negat̃ qualitas,per quā cōdēnatio aut
perimitur aut diminuitur:intelligit tamen Bar.dūmodo sciēter
⁊ dolose neget,qđ verbū no.pro intellectu oium legū ⁊ statutoruȝ
que negantē puniunt:nā intelligunt̃ dūmodo dolose ⁊ sciēter ne/
gent. Ad hoc adde tex.in.c.si vasallus.el.j.⁊ ibi Bal.no.si de feu.
fue.cōtro.inter do.⁊ agna.gl.in.l.fi.ff.de rei ven.Bal.in.l.ea que.
in.ij.col.C.de cōdi.inde. Itē intelligit Bar.dūmodo neget̃ quali
tas per quā actor grauet̃ onere probādi,al's secus:vt hic per euȝ.
no.idē Bar.in.l.proinde.§.notandum.per illum tex.ff.ad le.aql.
sequunt̃ Imo.⁊ Ludo.in.l.j.§.si quis simpliciter.ff.de verb.obli.
Bal.in.l.ea q̃.in.xj.q.prealleg. Ultra Bar. Limita tertio:quādo
negatio fieret super libello apte formato.al's secus.tex.est not.in
l.j.in ver.solenniter.C.de his que pe.no.sm Bal.in.l.edita.in re/
pe.paduana,in pe.col.C.de edē. Lud.vbi multa bona ponit in cō
sil.lix.incip.ad discutiēdum.in vlti.dubio. Quarto limita doctri/
nam Bart.dum loquit̃ de qualitate negata ꝙ per illa verba ge/
neralia,nego narrata prout narrantur ⁊c.non intelligunt̃ in spe/
cie qualitates negate sm Bart.in.l.si dubitet̃.§.j.⁊ ibi Moder.
ff.de fideius.⁊ dicit ibi Ioā.de imo.qđ ex hoc dicto Bart.multuȝ
fuit lucratus in practica.⁊ ideȝ Bar.in.l.etiam.§.licet.in fi.ff.so/
lu.ma.Imo.⁊.d.Alex.in.l.sed hoc ita.§.j.ff.de regu.iur.sequitur
Bal.in.c.j.in.v.col.lit.cōtest.ꝙuis ꝯriū tenuerit idē Bald.in.l.j.
in.iiij.colū.C.de edil.act.⁊ in.l.j.C.de lit.contesta. Quinto limita
omnia iura que dicunt ex negatione crescere condemnationem
ad duplum:vt procedant qn̄ cōdemnatio debet fieri ab homine:
secus qn̄ fit ipso iure a lege:ita Bar.in.l.id qđ seruo.§.j.per illum
15 tex.ff.de pe.leg.Bal.in.d.l.ea que in.ij.col.† Nunquid autem suf
ficiat negatio illa,que cōiter apponi solet,nego narrata ꝓut nar
rantur,⁊ petita prout petuntur fieri debere:ad hoc vt quis inci/
dat in penā negantis.Bar.in.l.si dubitetur.§.j.in fi.ff.de fideius.
dixit ꝙ non:ratio sm eum,q̄ per ista verba generalia intelligit
quis solum negare petitionē principalē non qualitates vel circū/
stantias petitionis:⁊ sequunt̃ ibi Imol.⁊ Pau.de ca.Imol.in.l.
sed hoc ita.§.j.ff.de re iudi.Bar.in.l.etiam.§.licet.in fi.ff.sol.mat.
Bal.in.c.vnico.in.v.col.de lit.contest.ꝙuis contrarium tenuerit
Bal.in.l.j.in.iiij.col.C.de edil.act.⁊ in.l.j.C.de lit.contest.sed pri/
mum verius est,q̄ per ista verba generalia non est verisimile ꝙ
quis velit negare id quod in specie non esset verisimile negatu/
rus.arg.l.obligatiōe generali.ff.de pig.⁊ arg.eius qđ tenet Bar.
16 ⁊ ibi Imo.in.l.codicillis.in.§.instituto.ff.de leg.ij.¶ † Ultimo ꝑ
istā legē concludit Bar.ꝙ si actor vel accusator semiplene proba
uerit per vnū testē:⁊ ideo delatum sit ei iuramētum in supplemē/
tum probationis,vel reus positus ad torturam confessus est per
talem negationem non cōdēnatur ad duplū sm Bar.cōcludē/
tem,ꝙ iste tex.possit etiā intelligi in iuramento necessario:idem
⁊ plenius tenet Bar.in sua dispu.que incip.cōiter ꝑ Italiā sunt
statuta.in vlti.col. Pro clara intelligētia duo sunt vidēda. Pri/
mum,an ista lex possit intelligi in iuramento necessario. Bar.te
net ꝙ sic:idē Bal.⁊ Fulg.idē.d.Alex.noua ratione:nā penā du/
pli habet locū,qn̄ actor probauit dānum datum per reum:dicit
in.l.contra negantem.C.ad le.aquil.sed appellatiōe probationis
intelligimus de vera ⁊ plena ꝓbatione.glo.est no.in cle.constitu
tionem.in ver.fides.de elec.⁊ Bal.in.l.peremptorias.in vlti.col.
C.sen.rescin.nō pos.sed sic est,ꝙ iuramentū in supplementū ꝓba/
tionis,nō est plena probatio,dixit Bal.in.c.j.§.sacramentum.de
consue.rec.feu. Confirmo hoc sic.nā tex.in.d.l.cōtra negantē.lo/
quit̃ cōditionaliter,dū dicit cōtra negantē succedere penam du/
pli si actor ꝓbauerit dānum datum:sed ego habeo ꝙ vbi lex re/
quirit ꝓbationē sub cōditione,debet impleri in forma specifica ⁊
propne.l.qui heredi.⁊.l.meuius.ff.de condi.⁊ demō.⁊ sic non de/
bet deferri iuramentū in supplementum:prout singu.dicit Bal.
in.l.in

in.l.in bonefidei.in pe.col.C.eo.cōtrariū tenet Sali.Pau.de cast. et Ludo.ro.hic:eo quia verba huius tex.nō cōueniūt iuramēto necessario,patet quia actor non fuit releuatus onere pbandi,cū semiplene probauerit nec fuit reus qui detulit vt releuaret actorē ab onere pbandi:sed vt suppleret probationē:ergo cū verba.l.non cōueniant,nō debēt habere locū.l.ipsa.l.quod cōstitutum.ff.de testa. nisi ista parū stringunt:magis stringit tex.in §.cū omissa.attento quod iuramētū necessariū omitti nō pōt.c.fi.vbi gloss.et doc.extra eo.et.l.fi.j.de in lit.iur.nisi respondeas,quod verū sit nisi subsistēte cā que dr̄ hic subsistere,qū actor vult plene probare:vt no.Bart.in l.fi.j.de in lit.iur.Scdō videndum est,an reus qui negauit delictū postea ɔfessus est in tormentis euadat penam negationis.Barto.concludit quod sic:et cum eo tenet Bal.et Alex.hic:et Bal.in.d. c.j.§.porro.in vlt.colū.et ita teneas,ꝗuis Ludo.ro.hic in vlti.col. teneat ɔ̄riū:no tū credas quod per talem confessionem in morente factam lz euadat penā negationis quod per hoc cōsequatur būficiū remissionis indultum a statuto confitenti:eo quia tale statutum intelligitur de confitente sponte:vt probat in simili tex.not.in.l.si quis in graui.§.sed veruz.ff.ad sil.fm Bal.Pau.de cast.et Alex. hic:et Bal.in.d.§.porro.

1 ¶ Iuramentū qd non potest seruari in forma specifica,seruatur in equipollenti.
2 Qui iurauit soluere in termino,an possit compensare.
3 Compensatio fit ipso iure ad euitandum penam.
4 Compensatio est vera solutio.
5 Emphiteota paratus cōpensare euitat penam caducitatis.
6 Iuramentum debet impleri in forma specifica.
7 Ubi adest iuramentuz nō admittitur exceptio,dolo petis qd et c.
8 Iuramentum et sn̄ia equiparantur.
9 Differentia inter iuramentum et stipulationem.
10 Iuramentum non est contractus,sed quasi.

Si iurauero. Per iuramentum nō potest deberi res que non est in rerum natura.nisi ratione delicti,vt mora pcedentis fingatur odio morosi extare.h. d.vel sic.Deficiente materia vera vel ficta nō potest obligatio cōtrahi secus si ficta adest.Fundamentū huius tex.est in hoc.quia iuramentū habetur pro veritate.l.sed et si possessori.§.item si iurauero. s.eo.non debet ergo plus operari iuramentuz,quod si in veritate ita esset:modo si in veritate deberes mihi speciem:et species moreretur sine culpa tua,esses liberatus.l.quod te.s.tit.j.ergo multofortius istud debet eē in iuramēto:lz qū tu debitor verus fuisses i mora soluēdi stichuz:certe lz moreretur:mora facit,vt res pempta fingatur extare,et qd possit peti sicut si extaret,ergo idē in iuramēto. ¶ In tex.ibi:qui non sit in rerū natura.iste tex. potest dupliciter intelligi:vt etiam declarant Albe.et Ange.hic.Primo,quod non sit in rerum natura.s.tempore iuramēti pstiti:tū credetur esse:et iste est bonus sensus.Alio modo et no.potest intelligi fm vnam opi. Jaco.bu.relatā et cōiter approbatā,quod qui nō sit in rerū natura.s. tpe petitionis:tū bene erat tpe iurāmēti:precedēs tū sensus magis est de mente litere:et iste tex.pcedit qū tpe prestiti iuramenti res deserat extare:qd ergo si post iuramētū stichus sit mortuus, an indistincte debitor teneatur.Guil.de cu.tenet quod sic:quia iuramētū hz vim litis cōtest.l.nam et postea.§.si is qui temporali.s.eo. Jac. but.Bar.Albe.et Pau.de ca.intelligūt hoc esse verū,qū debitū precesserat iuramentū:als iuramentū nō posset simul et semel inducere debitum et constituere in mora:sicut in simili dicimus in euentu conditionis fm Bar.et doct.in.l.quoties in diē.ff.de ver. obli.et hoc modo intelligūt,qū per statutum instrumentū confessionatū haberet executionē paratā:vt hic per eos,quicquid alij Moder.dicāt.¶ In tex.ibi:estimatio pstabit.intellige sane mediante officio iudicis mercenario:nā sicut qū species debita pijt post mortē debitoris:lz cū fingatur extare odio morosi duret adhuc in obligatione et petitione.l.si seruum.§.fi.ff.de verbo.obliga. tamē quia impossibile est quod prestetur,fit cōdēnatio in estimatione,nō iure actionis,sed officio iudicis:vt no.glo.magna.circa fi.in.l.vinum.ff.si cer.pe.et declarat Bar.in.l.in re furtiua.ff.de condi.fur.

1 ita etiā dz esse in iuramēto:†Et ideo no.ex isto tex.fm Lu.ro.quod iuramentum qd nō pōt seruari in forma propria,sufficit quod obseruetur in equipollenti:vnde fm eū facit ad illud qd decidit Bar. in.l.amplius nō peti.in vlti.col.ff.rē ra.ha.quod qui iurauit soluere in termino cōpensando excusetur a piurio.Tu aduerte quod iste tex. nihil facit,quia hic reus q hz adimplere nihil iurauit,lz est aduersarius suus qui iurauerat.Itē hic suberat impossibilitas:nā species de qua fuit iuratū,erat mortua:ideo impossibile erat adimplere iuramentū in forma:ex necessitate:ergo deuenit ad estimationem,et sic ad equipollens.l.si seruum.§.fina.ff.de verb.obliga.

2 ¶ Circa decisionē Bar.aduerte quia pulchra et vtilis.q.est:†an qui iurauit soluere in termino possit cōpensare:et cōpensando liberari a periurio.Bart.in.d.l.amplius non peti.in vlti.co.tenet quod sic, motus p duo bona fundamēta,de quibus ibi p eū.idē tenet Ange. Rapha.cu.et Pau.de ca.ibi:et Bar.in.l.iulianus.j.per illum tex. ff.de ɔdi.et demō.Bal.et Panor.in.c.ad nostrā.j.ex eo.et no.Joan. fab.in.§.in bonefidei.insti.de act.vbi fortius tenet,quod si iste q iurauit soluere in termino,adhuc nihil opponeret de compensatione, tamē excusaretur a periurio,quia lz regulariter cōpensatio nō admittatur,nisi de ea opponatur ab hoie:tamen fallit quo ad euadendaz penam:vbi lex ipso iure cōpensationē facit:vt no.glo.et doct.in.l. si ɔstat.C.de cōpen.Istā opi.Bar.tenet Alex.in ɔsi.xij.lib.ij.inci. viso themate antescripto.in vlti.col.pro ista opi.facit bonus text. in.c.ex parte.el.ij.de cleri.nō resi.vbi ficte residēs videt satisfacere iuramento qd fecerat de residentia:et sic ibi videtur pbare tex.quod iu-

3 ramentū etiam impleatur p actū fictū.¶†Scdō facit qd no.consuluit Ange.in consi.cclx.incip.quidā noie Nico.vbi egregie consuluit quod si statutū nō permittat opponi nisi exceptionē solutionis: tamē poterit etiam opponi exceptio compensationis:et sequitur

4 Alex.in.d.consi.xij.in pe.col.¶†Tertio facit text.in.l.si debitor. circa fi.ff.qui po.in pig.ha.vbi inquit:neqz enim interest,soluerit an cōpensauerit,p quē tex.q cōpensat soluit,fm Bal.in.l.aufert. §.qui cōpensationē.ff.de iure fi.et in.l.diuortio.§.ob donationes. ff.sol.ma.Bal.in.l.ex ea causa.C.de cōpensa.Imo cōpensatio est

dolo. ⁊ in. l. ea que. in fin. C. de condictio. indebi. ⁊ in. l. quoniam. ff.
de infami. domi. Mate. in no. lxxxiiij. ⁊ latius dominus Bartho-
lomeus veronensis in caute. xxvij. vbi ponit alias tres cautelas
post Bartolū. ⁊ Bald. in. l. furti. §. qui alieno. ff. de infami. Item
adde Barto. ꝙ etiam de iure communi condemnatus in syndica
tu, non potest amplius ad simile officium aspirare. l. iudices qui
se. ⁊ ibi not. Barto. C. de digni. lib. xij. ⁊. l. si quis aliquid. C. de su-
scep. ⁊ arca. lib. x. vbi gloss. allegat plures concordantes, non dico
de filijs prout loquitur statutum Bart. vltimo habes hic text.
fm Ange. ꝙ iuramentum non habet executionem paratā de iu-
re communi: qr requirit̄ snīa. dixi. in. l. ij. s̄. eo. ⁊ ibi respondi ad illū
tex. tenendo opi. Bart.

1 ☞ Prodigus non potest iuramentum deferre,
2 Iuramentum licet habeat executionem paratam: tū semper pōt
opponi de inhabilitate.
3 Qui habet declinatoriam fori, nō cogit̄ iurare.

Tutor. Tutor pupilli in defectū probationum,
potest iuramentum deferre: prodigus
autem deferre non potest: ⁊ quia non cogitur litigare
1 non cogitur iurare. hoc dicit. ¶ † Nota in versi. prodi
gus, rationem quare prodigus non potest iuramentum deferre
ita vt aduersarius cogat̄ iurare: quā rationem declara vt in glos.
Adde aliam rationez, quia qui non potest alienare, non potest iu
ramentuz deferre. l. iusiurandū qd̄ ex conuentione. §. pupillus. s̄.
eo. Sed ita est in prodigo, cui bonis est interdictū. l. is cui bonis.
cum simi. ff. de verbo. obligatio. ⁊ de tali prodigo debet intelligi
iste tex. fm Albe. ⁊ Ange. hic. Item intellige nisi deferret cum au
toritate curatoris, cum tunc equipararetur pupillo. l. si curatorem
habens. C. de in integrum resti. minorū. quo casu potest tamen re
stitui si est lesus: vt est gl. in. l. ij. C. de cura. furi. quā reputat singu-
larem Bald. in. c. j. de benefi. fratris. in vsi. feu. ⁊ in. l. iubemus nul
li. in principio. C. de sacrosan. ecclesijs. ⁊ in. l. fina. C. in quibus cau.
in integrum resti. non est neces. ⁊ in. l. si infanti. C. de iure delibe. ⁊
l. qui neqȝ. vbi text. ff. de rebus eorum. notant docto. in. l. marcel-
lus. ff. de fideiusso. Imo. in. l. imperatores. ff. de re iud. ⁊ ego allego
bonum tex. in. l. dabimus. cum duabus legibus sequētib⁹ vl̄ tri-
2 bus. ff. de priuileg. credi. ¶ † Nota secundo ibi ꝙ̄ qui ad hoc sunt
habiles. hic esse text. notabilem, quod quāuis iuramentum ha-
beat executionem paratam vt dixi in. l. ij. s̄. eo. adeo quod omnis
exceptio intelligatur exclusa. l. non erit. §. dato. s̄. eodem. tamen
istis non obstantibus, potest semper opponi de inhabilitate per-
sone que detulit iuramentum: vnde Ludo. dicit quod solitus est
allegare hunc tex. pro eo quod Ioan. andr. refert fuisse disputatū
in addi. Specu. in titu. de sententia. §. vt autem. circa principium
quod stante statuto, quod contra instrumentum guarentigiatū,
nulla possit opponi exceptio: tamē poterit opponi de inhabilita-
te persone. ⁊ dicit Lud. se mirari quod non alleget hunc textum.
Tu adde bene facere illud quod decidit Bar. in. l. ij. §. pretor ait.
per illum tex. s̄. qui satisda. cogan. ⁊ ibi dixi. ¶ Ultimo nota in ꝟ.
3 finali. fm Bal. Pau. de cast. ⁊ Ludo. rom. † quod qui habet de-
clinatoriam fori, non cogitur iurare nec respondere interrogatio-
ni iudicis: nec positionibus partis, facit. l. si patronus. vbi Mo-
der. s̄. eodem. l. sed et si restituatur. §. ex quibus causis. ff. de iudic.
¶ Capio glo. in verb. iudicio. ibi sicut iudicium rem certam facit
glo. equiuocat, imo iudicium facit rem dubiam. l. quod debetur.
ff. de pecu. eodem modo equiuocat dū subdit, quod iudicium pa
rit actionem in factum. nam intelligit de sententia: vnde tu dic
iuramentū equiparari iudicio: quia sicut iudicium interrumpit
prescriptionē ⁊ perpetuat actionem: ita iuramentum. l. nam et
postea. §. si is qui temporali. s̄. eo.

1 ☞ Reus post acceptationez iuramēti, potest petere quod actor
iuret de calumnia.
2 Iuramentum habet vim solutionis ficte.

Si actor. Iuramentum restringitur ad eam
causam super qua iuratum est. hoc
primo ⁊ deferens iuramentum qui non vult de calum
nia iurare, remittenti similis est. hoc dicit. cum. l. sequē.
1 titu. ¶ † Nota ex lege si non fuerit. quod reus qui acceptauit sim
pliciter iuramentum, potest adhuc post acceptationez petere, qd̄
actor qui detulit iuret de calumnia. ⁊ si actor recuset habetur iu-
ramentū pro remisso. et istud addit ista lex ad. l. iusiurādū ⁊ ad pe
cunias. §. q iusiurandū. s̄. eo. Et pro hoc facit ratio: quia iuramen-

tum habet vim litis contestate. l. nam et postea. §. si is qui tempo rali. ff. eod. sed per litis contestationem non intelligitur remitti iu ramentum calumnie: vt est glos. notabilis in. c. ex literis. in gloss. fina. extra eodem. facit capitulum primum de iuramento calum- nie in sexto. ¶ Capio gloss. in verbo cessabit. quam diuide in tres partes. Primo declarat text. Secundo opponit & soluit. Tertio per viam questionis etiam opponit & soluit. secunda ibi: sed con- tra. ff. eo. tertia ibi: sed nōne iusiurandum. ¶ In illa tertia adde
2 fm Bar. † ꝙ iuramentum habet vim solutionis, verum est ficte. Tu responde clarius quā respondeat glo. & Bar. illud quod di- cit iuramentum habet vim solutionis procedit quando iuramen tum est prestitum super debito principali: sed hic non fuit presti- tū super debito principali: sed sup accessorio, hoc est super cōstitu to fm Albe. & Fulg. hic.

1 ☞ Quis cogitur iurare aut referre.
2 An ista lex habeat locum in omni iuramento.
3 An ista lex procedat etiam quando actor nihil probauit.
4 Ficta confessio dicitur manifesta.
5 Contumax in prestando iuramentum habetur pro confesso.
6 Que sint iuste cause recusandi iuramentum. nu. 7.
8 An iuramentum possit in parte acceptari. & in parte non.

1 Manifeste. Ista lex non pōt breuius summa ri. ¶ † Nota ex isto tex. regulam. quod ille cui defertur iuramentū, cogitur iurare vel referre: alias est in manifesta cōfessio: & ista regula pce- dit tam ex parte actoris, quam rei: vt hic per Bartolum & alios. Amplia regulā istius legis, vt procedat etiā quando ex disposi- tione legis vel statuti aliquis grauaretur onere probandi: tñ iste po test deferre iuramentum. tex. habes valde singula. in. l. cum de in- debito. §. in omnibus. ff. de probatio. ¶ Circa istam regulam & istum tex. formo tres questiones necessarias ad intellectum text.
2 ¶ Primo quero. in quo iuramento loquatur ista lex, cum habea mus tres species iuramenti, vt per glo. in rubrica. ff. eo. Responde ꝙ non habet locum in iuramento voluntario seu extraiudiciali. l. iusiurandū qđ ex conuentione. in principio. vbi Bar. et Moder. supra eodem. Paul. de cast. & Alexan. hic. Item non habet locū in iuramento necessario, quod defertur in supplementum proba tionis: quia illud referri non potest. c. fina. in princip. et ibi gloss. & doctores extra eodem. Similiter non habet locum in iuramento necessario, quod defertur contra dolosum. l. fina. vbi docto. j. de in litem iurando. Concluditur ergo quod ista lex & similes restrin guntur, vt solum habeant locum in iuramento iudiciali: in quo etiam aduerte, ꝙ locum non habet, nisi postꝙ iudex expresse ap- probauerit delationem iuramenti. Nam ante talem approba- tionem iudicis, potest licite recusari fm Bartolū & alios hic et
3 Panor. in. c. fina. extra eodem. ¶ † Secundo quero, & est subtile & disputabile dubium. nūquid ista lex procedat etiā quādo actor nihil penitus probasset, vt si deferat iuramentū reo, cogatur iu- rare vel referre: an vero licite possit recusare, cum sit in casu abso- lutionis: & sic victorie reportande. Specu. in ti. de iuramenti dela- tione. §. j. in versi. sin autē actor. tenet quod tunc nō habeat locū ista lex: sed ꝙ actore nihil probante, reus sine iuramento absolui debeat, per regulam. l. qui accusare. C. de eden. cum simili. & per tex. in. c. fina. in versicu. sane. extra eodem. vnde fm eum ista lex de- bet intelligi & limitari, quando deferens iuramentum aliquid p- basset quamuis minus quam semiplene: eandem opinionem per suprascripta (& quedam alia non multum vrgētia) tenet Panor. in. d. c. fin. motus per. l. in bonefidei. C. eo. Item quia etiam iura- mentum necessarium potest recusari, quando actor nihil proba- uit. c. fin. §. sane. extra eodem. & dicit hoc esse notandum: quia mul ti decipiuntur, intelligentes simpliciter istam legem. ita etiam te- net idem Panor. in. c. ij. in vlt. no. de probs. Inuenio etiam quod istam opi. Specu. refert Bald. in repeti. l. ij. colum. xxxvj. ff. eod. et inuenio ꝙ illam tenuit Pau. de cast. in. l. fi. C. de fideicom. limitā- do in causa matrimoniali. iuxta notata per canonistas in. c. conti nebatur. de despon. impe. Contrariā opinionē tenet Paul. de ca. hic. & plenius in. l. iusiurandum & ad pecunias. §. ait pretor. supra eodē. vbi dicit, quod docto. nostri male declarant istum passum. Idem tenet Paul. de cast. in. l. admonendi. in. xij. colum. ff. eodē. & in. l. fina. C. de fideicommis. motus quia licet in iuramento neces sario, quod defertur a iudice in supplementum probationis, vel in iuramento purgationis, nisi actor semiplene probauerit, reus non cogatur iurare. d. c. fina. tamen quia defertur a parte, etiam si actor nihil probauerit: habet locū ista lex: quia hoc non videtur iniuriosum, cum possit iuramentum referre: vt respondet iuriscō. in. d. l. iusiurandum & ad pecunias. in. ij. rñ. que ratio cessat in iura mento necessario. istam opinionem tenet Alexand. hic: referens Bald. idem tenere in lectura antiqua, motus quia quamuis actor nihil probauerit: tamen si reus erit de veritate informatus, sibi est turpe nō iurare: aut saltē nō referre, & sic militat ratio hu- ius legis. adde pro ista opinione bene facere text. in. l. generali- ter. §. j. versic. omne igitur. C. eod. qui vult, iuramentum iudiciale posse prestari in initio. ergo anteꝙ aliquid probatum sit. et ita per illum text. tenet Albe. de ro. post Iaco. de ra. in. l. in bonefidei. in penul. colum. C. eo. & in. d. l. admonendi. nisi respondeas quod ille text. loquatur quando sponte defertur. eandem opi. tenet domi. Francis. de are. in. c. ij. in. ij. no. de proba. per text. in. l. fin. in secūdo rñso. C. de fideicō. vbi fm eum est casus clarus, ꝙ vbi nullus adest testis, & nulla probatio ex parte actoris, potest actor deferre iura mentū iudiciale, & tenetur reus illud subire: & ꝙ ibi nulla esset pro- batio: patet dum text. dicit, nullisqꝫ testibus nullisqꝫ alijs aduen titijs pbationibus reqsitis. Secūdo adducit tex. in. l. tutor. in pri. ff. eo qui tamen loquitur quo ad preiudicandum pupillo: sed an aduersarius possit cogi subire, text. ille non vrget. Tertio moue- tur per tex. in. d. l. generaliter. §. j. inducendo vt supra induxi. Tu vltra alios, pro ista sententia adde facere tex. in. d. c. ij. ad fi. de pro ba. vbi dicitur, ꝙ ad huiusmodi iuramentum deuenitur, cum alie pro bationes deficiunt: tamen de illo text. non multū curo. Sed pon- dero alium text. qui fortius stringit in. l. cum de indebito. §. in om- nibus. ff. de proba. vbi est fortior text. ꝙ etiam quando est presum- ptio contra actorem, per quam presumptionem grauatur actor onere probandi: tamen potest actor omittere probationes, et de- ferre iuramentum reo. & ille text. mihi multū stringit. Tamē pro prima opi. facio duo fundamenta. Primū est, nam quando actor plene probauit intentionem suam, & sic est in casu sententie obti- nende, si reus ei deferat iuramentum, pōt illud recusare nec valet consuetudo in contrariū. d. c. ij. ergo eodem modo in casu contra- rio, qñ actor nihil penitus probauit: & sic reus est in casu obtinen- de sententie, debet posse iuramentū recusare, vt contrariorū eadē sit disciplina. l. j. ff. de his q sunt sui vel alie. & quia actor & reus sunt correlatiua, & inter eos debet seruari equalitas. l. fi. C. de fructi. et litis expen. l. petende. C. de tempo. in integrum resti. & statutum in vno debet intelligi statutum in alio. l. fin & ibi no. Bartol. C. de indic. vidui. tol. cum concor. ibi signatis, precipue cum fauorabi- liores sumus reo quam actori. l. arrianus. ff. de actio. & obli. l. fauo rabiliores. ff. de reg. iur. c. ex literis. de proba. ¶ Nec obstat funda mentum do. Alexā. inquantum dicit, ꝙ quamuis actor nihil pro bauerit: tñ si reus est de veritate informatus, militat ratio hu- ius legis: quia turpe est reo nolle iurare nec referre: quia dico qđ ista ratio fortius militat ex pte actoris qui plene probauit & scit veritatē, debet cum maiori fiducia iurare: & tamen potest recusa- re. d. c. ij. ergo idem ex parte rei. Secūdo moueor p tex. in. d. l. fi. in secundo responso. C. de fideicō. quem tex. lꝫ domi. Francis. de are. pro se inducat, puto ad oppositum restringere. nam cum ibi sit ca sus specialis, quando testator nullos voluit testes adhibere, sed credere fidei heredis: ꝙ tunc heres cui (deficientibus probationi bus) defertur iuramētū iudiciale, cogatur illud subire: ergo in alijs in contrarium est ius cōmune. Quod aūt text. ille loquatur in casu isto speciali, clare pꝫ p tex. in. §. fi. insti. de fideicō. here. & ita decla- rat Bart. in. l. nemo pōt. in. j. col. et ibi Imo. & Mod. ff. de leg. j. & Bart. in. d. l. fi. in. ij. intellectu. & in. l. post legatum in princi. in. iij. colū. in ver. item opponitur dicitur hic nec obtinuit. ff. de his quibus vt indignis. Et sic ex pdictis vides hunc passum esse disputabilē & ꝙ facile esset vtrāqꝫ opinio. sustinere. Tamē ista secūda opinio plus placet, pro qua adduco etiam infrascripta. Et primo tex. in d. c. fi. §. sane. extra eo. vbi dicit text. etiam si in probatione defece rit. Et licet respondeatur per omnes, ꝙ ille tex. nō loquatur in iura- mento iudiciali, sed in necessario: tamen ego tripliciter induco il- lum text. ꝙ loquatur in necessario: vel ꝙ loquatur in omni iuramē- to. Nam debes scire ꝙ text. in illo. c. fina. primo ponit duas deci- siones: postea ponit. §. sane. tunc arguo sic. aut vis ꝙ versi. sane. re feratur ad ambo precedentia: & tunc erit casus, quod in iuramen to iudiciali, etiam quando actor nihil probauit, potest deferri iu- ramentum: aut vis ꝙ referatur ad proximiora, & tunc referatur ad iuramentum iudiciale. Secundo induco, dum tex. dicit, omni no. & dico sic: nam iuramentum necessarium est duplex. aut enim est in supplementū probationis: & de hoc non pōt loqui, qr actor nihil probauit: aut est iuramentum necessarium purgatiōi, & de isto non pōt loqui: quia habet locū quando actor aliquid proba- uit: tunc enim defertur reo ad purgandū illam suspicionē: sed cum text. dicat, nihil penitus probauit: ergo nihil probatum erat. Et ꝙ non loquatur de iuramento purgationis, probatur. nam text. dicit psumptione vero pro actore &c. apparet ꝙ in versi. precedēti, non loquitur de iuramento purgationis. Tertio induco aliter illū text. quia si ille vellet dicere, ꝙ quando actor nihil probauit: reus non dꝫ subire iuramentum purgationis: tñ dꝫ iurare de veritate, cer te illud eēt vnum absurdū. quia plus est iurare de veritate quam de purgatione. Itē pro ista opinione adduco text. in. l. si qs iusiu- randum. C. eo. dum text. dicit. & cum etiam desperauerit &c. nam dicitur ibi, ꝙ si detuli iuramentum aduersario: & ille acceptauit

anteꝙ


anteq̄ iuret reuoco, postq̄ reuocaui nihil probo. querit an possim
iterum deferre iuramentũ, tex. dicit ꝙ non. pondero quia text. ille
vult, ꝙ si ego semel nõ reuocassem delationẽ, cogeret reus iurare,
& tamẽ loquitur ille tex. quando actor nihil probauit. Tertio pro
ista opi. dico facere tex. in sui generalitate in. c. ij. de proba. Quar
to pro ista opi. dico facere tex. in. l. marcellus. §. j. in verbo magis.
ff. rerum amotarum. nam text. ibi dicit, ꝙ qui rerum amotarum
iudicio agit, magis põt ad iusiurandum descendere: illud verbũ
magis, exponit, ibi. i. plus põt iuramentum deferre quã proba-
re. Quinto pro ista opin. dico facere text. in. l. cũ indebito. versi. in
omnibus. ff. de proba. si bene aduertat. Sexto pro ista opi. adduco
l. fi. §. licentia. el. ij. C. de iure delibe. vbi text. dicit, quod si omnes
alie probationes defecerint: potest iuramentum deferri. ¶ Ter-
tio quero, nunquid ista lex habeat locum si ille cui defertur iura-
mentũ non vult iurare nec referre: sed vult probare per testes vel
instrumenta: an pro hoc possit licite recusare iuramentum. Bar.
singu. tenet ꝙ sic. in. l. in contractibus. §. illo. de non nume. pecu. in
bonis lecturis que cõmuniter non habent, per illũ tex. & per tex.
in. l. eum qui. in princi. in versi. cum omissa. s. eo. Item quia quidã
sunt adeo timidi, qui potius omnia facerent quam iurare. l. que
sub conditione. in princi. ff. de condi. insti. tamen ad hec posses re-
spondere per. l. iusiurandum & ad pecunias. in princi. s. eo. quia
potest iuramentum referre: tamen pro ista parte videtur facere.
l. si quis iusiurañ. in fi. C. e. et. d. l. marcellus. §. j. ver. magis. Contra-
rium expresse tenet Bart. quem ego solus ad hoc pondero, in. l.
fina. j. de in litem iurando. eo quia istud quod disponit ista lex, est
inductum fauore deferentis iuramentum, qui non vult litigare.
Pro ista parte pondero facere tex. in. c. ij. de proba. & d. §. illo. vbi
postq̄ actor iam plene probauit: bene tũc potest recusare iuramẽ
tum: ergo secus est anteq̄ actualiter probauerit: dato ꝙ diceret
se velle probare. Secundo multum mouet me tex. in. d. l. eum qui.
in princ. in versi. cum omissa. quẽ retorqueo contra Barto. vbi est
speciale, ꝙ actor põt recusare iuramentũ: & dicere, volo probare
per testes, quando iuramentũ est sibi damnosum, quia diminui-
tur condemnatio. prout etiam dicit Bar. hic. ergo quando iura-
mentum non esset damnosum secus est: concludo ergo et est ma-
gna extensio ad hanc legem, ꝙ procedat etiã si ille cui defertur
iuramentum, dicat se velle probare per testes vel instrumẽta. Istã
legem sic declaratam limita modo prout limitat Salic. in. l. fin. in
j. col. per illum tex. cum glo. C. de fideicõ. vt procedat, quando ille
cui defert iuramentum scit veritatem, & consequenter potest sal-
ua conscientia iurare: tunc cogitur iurare vel referre. vbi autem
ignoraret, non cogitur iurare, & per consequens nec referre: et hoc
dicit esse tenendum cordi, & ꝙ est alias inauditum. tu dic ꝙ nõ est
inauditum. Imo. Bart. & alij hic ponunt in sexta causa per quã
potest iuramentũ recusari. s. propter ignorantiam vel dubitatio-
nem, per tex. bonum. in. l. iusiurandum & ad pecunias. in secundo
responso. s. e. Et intellige Sali. loqui quando habito tempore ad
4 deliberandũ verisimiliter non potuit bene informari. ¶ † Scdo
no. ex hoc tex. in versicu. manifeste. ꝙ ficta confessio dicitur mani-
festa. facit. l. licet imperator. ff. de lega. j. Item facit, quia presum-
ptiones legum dicunt liquidissime ꝓbationes: vt est gl. in. l. si tu-
tor peritus. C. de peri. tut. quã ad hoc reputat sing. Imo. in. l. que-
situm. ff. de re iudi. & in. l. in tẽpus. §. j. & in. l. si quis ita heres insti-
tuatur recepto fundo. ff. de here. insti. eam etiam ad hoc allegat
Bald. in rub. extra de presump. ad fin. Sed habes glo. consociam
a in. l. j. C. de testa. mili. & ibi Ange. Ludo. & Alexan. ad hoc not. In
quo autem differant manifestum et euidens: vide tex. cum glos.
in. c. ij. de ver. signi. in vj. vbi licet tex. ista duo capiat pro eodem:
tamen fm glo. ibi differunt quia magis est euidens, quam noto-
5 rium ¶ † Tertio no. ꝙ contumax in prestando iuramentum iudi
ciale habetur pro confesso. simile in eo qui est contumax respon-
dere positionibus. c. si post prestitum. de confessis. in. vj. simile in
iuramento calumnie. l. ij. §. ꝙ si actor. C. de iura. calum. ¶ Capio
glo. vnicam quam diuide in duas partes. Primo tacite opponit
de regula. l. duobus. ff. de verb. signifi. & respõdet qd vna negatio
abũdat. & ita alij transeunt. Tu dic vt per Laurentiũ vallensem
lib. iij. elegantiarum. c. xxviij. Secunda ibi. item nota. glo. per viã
notabilis, fortiter opponit contra tex. & ponit duas solu. Primã
reprobant omnes: quia nimirum restringit istam legem & l. dela-
ta. C. eo. Tu pro ista solutione pondera tex. in. l. iusiurandum & ad
pecunias. §. fina. s. eodem. vbi dicit tex. ꝙ quando res dimissa est
in iuramentũ (hoc est) placuit vtriq3 parti rem decidi iuramento
cogitur reus iurare vel referre: ergo postq̄ est acceptatum: ergo
prius debet posse recusari. Secundo pondero tex. in. d. l. generali-
ter. §. j. in verbo nihil fuerit reluctatus. tamen cõtra istam solu-
tionem stringitur fm Fulgo. l. tutor. §. fin. s. eodem. vbi speciale
est in legatis, prouincialibus ꝙ possint iuramentũ recusare. Nec
dicas qd ibi iuramẽtũ esset acceptatũ: quia acceptãdo iuramẽtũ
ꝑderet bñficiũ. l. ij. §. sed & si agant. ff. de re iudi. l. eũ qui. §. j. ff. de cõ-
stitu. pecu. vera est ergo solutio fm Bar. & doct. hic. & in. d. l. gene-
raliter. §. sin autem reus. ꝙ per illum text. limitetur lex ista, nisi
subsit iusta causa recusandi: vt clare patet ibi in verbo sequen. dũ
loquit de iudice appellationis. Contra istam cõmunem solutio-
nem stringit tex. in. d. c. fin. in princi. ponderando aduersatiuam
quãuis, ibi positã. Fulg. dicit dum primo anno studij sui repeteret
priuate istam legem, respondisse ꝙ iuramentum iudiciale potest
sine causa recusari. Uerum est referendo, & sic tex. ibi, dum dicit re
cusari ac referri capitur pro eodem: & fuit ante eam solutionem
ꝑceptoris sui domini Christopho. de castel. hic: vel responde fm
Io. an. & do. Ant. ibi, ꝙ versiculus quãuis, debet intelligi etiã sub-
sistente causa: et diuersitas erit in iure: quia iuramentũ iudiciale
non solum potest ex iusta causa recusari: sed etiam referri: que re-
latio nõ cadit in iuramẽto necessario. Uel tertio rñde fm Panor.
ibi ex mente Hostien. & Barto. hic: ꝙ anteq̄ iudex approbet dela
6 tionem, potest etiam sine causa recusari. † Hinc sumpta occasione
querit Barto. que sint iuste cause propter quas iuramentum pos
sit licite recusari: & enumerat nouem causas, quas etiam ponit
Bal. in. l. generaliter. §. fi. ad fi. C. eod. Ang. Fulgo. & Pau. de ca.
hic. Tu adde ad quintam causam, inquãtum Bar. tenet, ꝙ vbi-
cunq3 iuramentum defertur super exceptione que amplius op-
poni non potest, qd tale iuramentum licite recusatur: & de hoc di
cit esse casum notabilem in. l. in contractibus. §. illo. C. de non nu-
nume. pecu. Aduerte quod licet, dictum Barto. sit in se verum, ta
men tex. in. d. §. illo. potius probat contrarium: quia quamuis sit a
elapsum biennium: tamen debitor potest perpetuo opponere ex-
ceptionem non nume. pecu. fm gloss. & doc. in. d. l. in contractibus.
in principio. cũ ergo possit perpetuo opponere assumendo onus
probandi in se, deberet posse exigere iuramentũ: quia etiã actor
in his que tenetur probare potest deferre iuramentum aduersa-
rio. l. cum de indebito. ver. in omnibus. ff. de probatio. Unde con-
sydera quod tex. in. d. §. illo. ponit duos casus. Primus est, quãdo
vtiq3 ab initio non potest opponi exceptio non nume. pecu. in ca-
sibus quos enumeraui in. l. qui pecuniam. s. titu. j. & Bartol. tunc
bene ponderat illum tex. ꝙ etiam tunc nõ potest iuramentum de-
ferri. Secundus casus est quando elapsum est biennium: & tunc
Bart. errat, cum elapso biennio semp possit opponi, dũmodo op-
ponens assumat in se onus probandi vt predixi: vera ergo ratio
in illo secundo casu est: quia elapso biennio, creditor habet funda
tam intẽtionẽ suam: ideo amplius iurare non tenetur. c. ij. de pro-
ba. & ita dixit & melius Bar. in. d. §. illo. in bona lectura que cõmu
niter non habetur. ¶ Item adde circa octauam causam quã ha
bes per domi. Alexand. contra Fulgo. hic non refero: quia non
7 adderam. ¶ † Item adde circa vltimam causam, ꝙ ex qualitate
seu ex modo delati vel relati iuramenti, potest recusari. nã lz bar.
aliter nõ exẽplificet. Tu pone notabile exemplum, quando aliqs
secrete mihi mutuasset pecuniã: & ego secrete (vt fit inter amicos
sine testibus) restituissem. Deinde vult mihi deferre iuramentũ
vel stare iuramento meo quod mihi mutuauit: nam si iurarem ꝙ
non mutuasset iurarem falsum: si iurarem ꝙ mutuauit, preiudica
rem mihi. si autem iurarem ꝙ mutuauit mihi sed quod ei restitui
certe iuramentum valeret inquantũ iuraui quod mutuauit: sed
inquantum iuraui quod restitui, nihil valeret: quia quãdo iurat
super eo super quo non est delatum iuramentum, nil valet. l. iij. in
fi. s. eo. vnde tunc potest iuramentum licite recusari, nisi creditor
velit de vtroq3 deferre iuramentũ. s. ꝙ mutuauit: sed ꝙ ego resti-
tui: facit bñ dicit qd Bal. in. l. j. in. j. col. C. de edil. actio. si tñ iudex
vellet cogere ad iurandum: debes iurare altero de duobus mo-
dis, ne alias capiaris. Primo iuro quod si aliquid mutuasti, tibi
reddidi, iuxta doctrinã gl. magistre in. l. si quidẽ. de exceptio. Uel
secũdo, iuro quod nihil mutuasti ex quo sim tibi debitor. ita dicũt
Imo. & Gemi. post Pet. de anchara. in. c. cupientes. in princ. su-
per gl. in ver. malignantiũ. de elect. in. vj. sequitur do. Bartho. ve-
ronen. in cautela. lxxix. & in cautela. cxxxiij. vltra Barto. adde cir
ca decimã causã qñ deferens iuramentũ nõ vult de calũnia iura
re. l. iusiurandũ & ad pecunias. §. qui iusiurandũ. s. eo. etiam post
susceptũ iuramentum. l. si non fuerit. s. eod. ¶ Undecima causa
est quando quis semel detulit iuramentum: deinde reuocauit, si
denuo referat põt recusari tex. est singularis in. l. si quis iusiurãdũ
C. eo. Duodecima causa est, vbi probatio non posset fieri, nisi per
instrumentum: puta ex forma statuti vel consuetudinis fm bald.
post Nico. de mata. in aut. sed nouo iure. in penultima. colum. C. si
cer. peta. intelligendo vt ibi per Bald. ¶ Tertiadecima causa est
quando quis iam plene probasset intentionem suam, per textum
in. c. ij. de probatio. de quo dixi in. l. admonẽdi. sup. e. ¶ Quarta-
decima causa & mirabilis est, si reus cui defertur iuramentum ab
actore, vult ꝙ actor prius offerat libellũ. Ita singulariter tenent
Oldra. & Albe. in. l. iusiurãdum & ad pecunias. §. ait pretor. in fin.
s. eod. per regulam. l. j. in princi. ff. de edendo. que decisio dura est
quia videtur malitiose fieri per reum, ex quo actor vult stare suo

a ¶ Manife-
stũ & euidẽs
adde. c. eui-
dẽtia. de ac-
cusa. et in. c.
eox. & ibi ar
chi. xj. q. iij.

iuramento.❡ Ultimo alius casus est in quo iuramentum debet
precise prestari, ⁊ referri non potest.⁊ sic fallit ista lex in.l.fina.C.
de fideicõmis.⁊ ibi glo.in ver.subire.circa princi.⁊ glo.in.§.fina.in
sti.de fideicomis.heredi.⁊ specialitas est,propter perfidiam here-
dis qui negauit,de cuius fide testator ɔfidens,noluit testes adhi
bere.Tres alios casus collige ex his que dixi in text.in.j.nota.
8 ❡†Circa ista moueo pulchrum dubium:pone tu actor detuli-
sti mihi iuramentum,ꝙ iurem si est verum quod mihi mutuaue-
ris viginti ducatos:ego iuro ꝙ tu mutuasti sꝫ qđ restitui tibi:an
tu possis in parte acceptare,⁊ in parte non,videt̃ non: quia con-
fessio qualificata,nõ põt in parte acceptari ⁊ in parte nõ.Barto.
late in.l.aurelius.§.caius.ff.de libe.leg.maxime cum iuramentuꝫ
sit indiuiduum.Ego teneo ꝙ isto casu possit iuramentum ꝑ pte
acceptari,⁊ pro parte non probo,quia habemus,qđ ille qui iurat
si iurat sua autoritate,iuramentum est nullum :⁊ si quid iurat vl
tra quã est iuramentũ delatum.l.iij.in princi.s.eo.tunc sic,ego de-
tuli iuramentum an mutauerim,iurare super hoc bene valet:sed
si postea iuras ꝙ etiam restituisti in hoc nihil valet quia non de-
tuli tibi iuramentum de hoc et ꝑ hoc tollitur regula,qđ confessio
qualificata non debet in pte acceptari,in pte non:quia est verum
quando in totũ valet ipsa confessio:sed si in parte valet dꝫ in ea ꝑ-
te tantum acceptari.❡ Ultimo attẽde ad illud qđ vult Barto.
hic in fine,in hac.l.requiri sententiaꝫ ⁊ ꝙ alias heres non conue-
niri poterit,ex ista ficta confessione:licet cũ Bar.transeant oẽs et
pro eo Fulgo.⁊ Alexan.hic addunt tex.in.l.generaliter.§.finau-
tem is.in versi.si hoc omnino iudex prestandum estimauerit.vbi
no.Bald.C.eodem.sed parum facit,puto,in primo casu quãtũ ad
illum qui fuit contumax in iurando non requiri sententiam cum
tex.dicat ꝑ verbum presentis tẽporis,est:ergo ipso iure:ergo non
requiritur alia sententia.gl.est in.l.in criminali.C. de iurisdi.om.
iudi.Barto.in.l.iubemus.§.sane.C.de sacrosanc.eccle.⁊ in.l.impe
rator.ff.de iure fisci.sed bene requiritur sententia quantũ ad hoc
vt heres possit cõueniri ex facta cõfessione principalis.Ita ꝑprie
loquitur tex.in.l.eius qui delatorẽ.in princ.allegata per Barto.
ad vtrũqꝫ membrum,que est ad hoc singularis ꝑm Bal.in.l.ij.in
vlti.colum.C.de edendo.Imo.in.l.qui a latronibus.in princip.ff.
de testa.ad hoc bene facit qđ decidit Bald.in.l.j.ad fi.C.de plus
peti.⁊ limitationes dicte.l.eius qui delatorẽ.vide ꝑ Bald.⁊ Mo-
der.in.l.ij.C.qui testa.fa.pos.Uel responde.ꝙ in illo tex.in.d.l.eius
qui.non vtitur verbo presentis temporis , sicut hic. Et pro ista
noua opi.facit etiam,quia hic tex.vtitur verbis geminatis mani
feste turpitudinis ⁊ confessionis,quo casu quando lex vtitur ver-
bis geminatis,apparet ꝙ ipso iure vult illud inducere,nõ expe-
ctata sententia.iuxta gloss.primam in aut.cassa. C. de sacrosanc.
eccle.⁊ Bald.notantẽ illũ tex.ad hoc in.l. non dubium.in verbo
cassum ⁊ inutile.C.de legi.etiam si lex loquatur per verba futuri
temporis ꝑm Bald.in ti.de pace cõstan.in verbo,⁊ in irrituꝫ.per
tex.⁊ sequitur Ro.singu. iij.

a ❡ Sit ɔct⁹ innoĩatus , adde glo.et Bar.in.l.iurisgẽtiuꝫ.in §.j.ff. đ pac.

1 ☞ Contractus innominati respectiui sunt quatuor.
2 Et an oriatur actio prescriptis verbis.
3 Contractus innoĩati qui sint ⁊ qũo fiant.nu.4. ⁊ qũo cognoscan-
tur.nu.5.⁊.6.
7 Quando ex pacto nudo de donando oriatur actio.


SI quis cuꝫ debitore. Ex pacto collato in
conditionem iuramenti super aliquo facto de preteri-
to,oritur exceptio,si prestitum sit iuramentum.hoc di
cit.❡ In tex.ibi exceptio iurisiurandi.tex.clare procedit quando
controuersia super illo facto fuisset:quia tunc iuramentum esset
decisiuum litis:alias quia iuramentum esset impletiuum pacti,
oriretur exceptio ex pacto ⁊ non ex iuramento ꝑm Barto.Albe.
⁊ alios hic.⁊ istud voluit glo.nostra in tertia parte principali.et
ista est veritas.Barto.tamẽ subtilizando dixit,ꝙ tex.posset aliter
intelligi. ⁊ ꝙ litera bene staret. exceptio iuramenti intelligendo
vt hic per eum in secunda oppo.precedens tamen magis placet:
quia per factum de quo in tex.non potest dici satisfactũ.❡ In tex.
ibi.⁊ solutum repeti.poterit intelligi si debitor soluat per erroreꝫ
cum sim tutus exceptione perpetua istius pacti liciti.l.si non sor-
tem.§.indebitum.⁊.l.qui exceptionem.in princi.j. de condi. inde.
❡ Capio gl.in verbo iusta conuentio.quã diuide in quatuor ptes
In prima allegat cõcor.ad tex.In secunda ibi:sed videtur iniusta.
glo.opponit ⁊ soluit,constituendo differentiã inter contractus et
vltimas voluntates.§.Et ratio sit,quia leges multum fauent vl-
timis voluntatibus vt effectũ sortiantur:quia publice interest qđ
vltime voluntates sortiant̃ effectũ.l.vel negare.ff. quẽadmodum
testa.aper.vt ergo sortiant̃ vltime voluntates effectum suũ: istud
iuramentũ siue conditio rejicitur in vltimis voluntatibus. Sed
ista ratio non habet locum in contractibus,⁊ nulla lege cauet̃ qđ
conditio iuramenti remittatur in contractibus:⁊ istud multum
mihi placet,⁊ ita tenet Pau.de ca.hic.⁊ Iaco.but.in.d.l.si cũ pa-
tro.C.cõmunia vtriusqꝫ iudi.vel dic non eẽ differentiã:sed an iu-
ramentum sit de futuro:⁊ procedat cõtrariũ:quia tale iuramen-
tum lex remittit,cũ homines de facili inducantur ad iurãdũ qđ
aliquid facient in futurũ:⁊ postea non faciunt:secus quando est
iuramentũ super aliquo facto de preterito ꝑm Barto.⁊ cõmuni-
ter doctores hic,⁊ in.d.l.que sub conditione.⁊ est bonus tex.in.l.
municipibus.ff.de cõditio.⁊ demonstra.quicquid teneat Paul.
hic.In tertia ibi.sed quid si promisi tibi decẽ.gloss.format que-
stionem:quia text.loquitur in pacto liberatorio in quo non expe-
dit habere actionẽ,cũ exceptio sufficiat.vnde questio gl.est:quid
si pactũ de quo in tex.fieret ad obligandũ:vnde oriret̃ actio.⁊ gl.
bene respondet,ꝙ oriret̃ ex pacto:quia iuramentũ est implemen-
tum conditionis.Sed actio nunꝙ orit̃ ex implemento:sed ex con
uentione propter implementũ.l.ex placito.C.de reruꝫ permuta.
⁊ in hoc gl.bñ dicit.In quarta ibi,sed q̃ glo. querit q̃ actio oriret̃
ex tali conuentione,quando facta esset ad obligandũ:⁊ quia glo.
1 in hac vltima parte est difficilis ⁊ obscura.† Ideo premitte pro
euidentia,ꝙ in iure nostro cõtractus innominati respectiui sunt
tantũ quatuor,positi in.l.naturalis.ff.de prescrip.verbis.sed con-
tractus innoĩati non respectiui sunt infiniti,⁊ multa possunt exẽ-
pla tradi.vnum habes in.l.si gratuitã.in principio.ff.de prescrip.
verbis.Hinc est,ꝙ pactũ nudũ est contractus innominatus,sed
non respectiuus.vt est gloss.singularis in.l.j.in princi.in glos.ma-
gna.ad fi.ff.de actio.⁊ obligatio.quã pro singulari allegat Bal.
in.c.quintaualis.in.ij.colum.de iureiuran.⁊ in rubrica et in.l.j.C.
de pac.⁊ melius quã alibi in.l.lecta.in.vij.col.s.tit.j.Hinc dispu-
a tatur,an donatio sit contractus innominatus.[a] vt videbitis in.l.
2 fin.j.de condi.ob causam.† Secundo habes premittere,ꝙ ex oĩ-
bus contractibus innominatis respectiuis,orit̃ actio prescriptis
verbis,preterꝙ ex cõtractu innominato facio vt des:quo datur
actio de dolo.d.l.naturalis.§.ꝙ si faciaꝫ.quando ex implemento
facti non adest tantum aduersario quod cõgruat quantitati pro-
misse,alias si tantũ abesset ab eo qui factũ impleuit:puta manu-
mittendo seruum,aliud esset,vt per glo.⁊ doc.in.d.§.ꝙ si faciam.
⁊ plenius in.l.cum mota.C.de transactio .⁊ istud est qđ vult dice-
3 re glos.ibi licet quidam distinguant,adsit vel absit.† Tertio pre-
mitte,qđ est magna difficultas,si ex vna parte conueniant dari:
ex alia conueniant aliquod factum,an iudicabitur do vt facias,⁊
sic competat ac.prescrip.verbis:an vero iudicabitur facio vt des,
⁊ sic oriatur actio de dolo.⁊ glos.vbiqꝫ tenent,quod attendat̃ for-
ma ɔuentionis:licet Ultramontani aliter teneant:⁊ aliter Bart.
in.d.l.naturalis.§.j.⁊ in.d.l.cũ mota.sed tenendo sententiam glo.
dubitat glos.quia attenta forma conuentionis,fuit do vt facias:
quia promisi dare.x.si iurares te fecisse,debuit esse contractus in-
noiatus do vt facias:⁊ per consequens debet oriri act.ꝑscrip.ver.
glo.hic determinat ꝙ imo oritur actio de dolo:quia hic dꝫ attẽ-
di illud qđ precedere dꝫ ex forma intellectus,ꝑm quẽ prius debet
impleri factũ sub conditione consistens.vel dicit gloss.ꝙ hic non
est contractus innoiatus:quia contractus innoiati fiunt sub mõ:
⁊ ɔsequẽter per dictionẽ vt,iuxta glo.in rubri.ff.de cõdi.⁊ demon.
4 iuncta gl.in rubri.⁊ in.l.j.C.de his que sub modo.† Nam contra
ctus innominati non fiunt sub cõditione,⁊ cõsequẽter pe. dictio
nem si,ꝑm glo.⁊ differentia est inter modum ⁊ conditionem:quia
modus non impedit obligationem nasci,sed conditio sic.l.cede-
re diem.ff.de verbo.significa.iuncta glos.in.d.l.j.C.de his que sub
modo:⁊ istud est quod vult dicere gl.dum dicit,quia non modus
obligare valens: quasi dicat,qđ modus inducit obligationem
sed non conditio.⁊ ita declarat istam glo.Bal.in.c.cum ioannes
5 heremita.circa fineꝫ.de fide instrumẽ.❡ † Nota modo ex gl.tres
notabiles conclusiones,in quibus ista glo.est singularis ⁊ non re-
peritur alibi ꝑm Bart.⁊ doct.❡ Prima conclusio est,quod licet
ꝑm glos.nostras,contractus innominati cognoscãtur a forma cõ-
uentionis inite:istud est verũ, quando cõtractus innominati fiũt
per modum,vt:sed si fiant per conditionem si:tunc non attendi-
mus formam contractus:imo opus est ante omnia ꝙ cõditio im-
pleat̃,⁊ erit facio vt des:non attenta forma conuentionis.ista tñ
conclusio nullius effectus est:quia illa opinio glos.cõmuniter nõ
tenetur:sed tenet̃ cõmuniter opi.Bart.ꝙ ex parte vnius sit:facio
6 vt des:ex pte alterius sit:do vt facias.❡ † Scđa conclusio est,qđ
cõtractus innoiati nõ fiunt per si:⁊ consequenter sub ɔditione.cõ-
trariũ tꝫ gl.in.l.si intra.ff.de pac.⁊ gloss.relata ad text.in.l.hoc iu-
re.§.labeo.⁊ Rapha.cu.ff.de dona.⁊ est tex.in.l.solent.⁊ ibi bart.
ad hoc no.ff.de prescrip.ver.nec placet concordia Bart.hic distin
guentis,an ex facto impleto adsit commoduꝫ aduersario:an nõ,
quã tenet Albe.Ange.Pau.de ca.⁊ Raph.cu.in.d.§.labeo.Nã
ad hoc vt dicatur contractus innominatus:non refert:an ex im-
plemento adsit vel non:sed bene primo casu oritur actio prescri-
ptis verbis.scđo vero casu oritur actio de dolo vt supra declara-
ui:vnde teneo ꝙ cõtractus dicatur innominatus quãuis factus,
sub cõditione,si cõditio sit impleta ꝑm Bart.in.l.siue apud acta.
in pe.colũ.

in pe.col.C.de transac.z in.d.l.naturalis.§.pe.tenent Fulg.Alex.
7 hic.z Imo.in.d.§.labeo.¶†Tertia conclusio est,dum gloss.dicit vel ex donatione,q ex ea habes notare magnam extentionem ad l.si.quis argentum.in prin.C.de dona.vbi dicitur,q hodie ex pa
8 cto nudo de donando producitur actio,hic est gloss.solennis que vult,q illud procedat nedum in pacto de donādo pure z simplr factorsed etiam in pacto nudo de donando facto sub conditione, z facit ratio:qz puri z purificati idē debet esse ius.Tu collige notabilius ex ea glo.sm Fulg.q.d.l.si quis argentuz.non solum hz locū in donatione siue pacto de donādo,facto pure et simpliciter sed etiaz in donatione respectiua fata ob cām,si donaueris:vnde dubiū est,an habeat locū in donatione ob causam.de qua p bart. in.l.iurisgentium.§.quinimo.in vlti.colum.vbi dixi.ff.de pac.facit qd vult gloss.in.l.cum pater.§.meuio.ff.de lega.ij.z in.l.j.C.de iure do.que extendit illam legez,ad donationem causa mortis.Et dū gl.subdit vel ex simili causa,exemplifica:puta cōstituti facti sub conditione,vel ex causa dotis.naz ex pacto nudo vbi adest constitutum,oritur actio.§.de consti.insti.de actio.z hoc modo est clare explanata ista obscura z difficilis pars glo.

1 ¶Iuramentum extenditur ad accessoria.

Iusiurandum. Si iuratur sup debito principali,liberatur pignus qd est accessorium,z parat exceptio ad penam,z
1 soluti datur repetitio.h.d.¶†No.q iuramentuz sup principali,extendit ad accessorium.concor.l.eos.in prin.C.de vsu. z.l.soluit.§.si paciscat.ff.qui.mo.pig.vel hypo.so.z.l.sz z si possessori.ad si.prin.ver.z fructus.§.eod.Contra,opponit albe.de.l.j. C.de iudi.vbi sm eum,snīa lata super principali,non extendit ad accessoria.Et respondet,qd aliud est in iuramēto vt hic:qz maioris autoritatis.Aliud in snīa.Uel aliter,q hic pena non erat cōmissa,sed committēda.Tu rñde quod.d.l.j.non loquit qn lata est snīa:sed solū petitio facta z litis contestatio.nā verū est,q sola petitio super sorte principali,non preiudicat in accessorijs.

1 ¶Dilatio statuta absenti,debet parti notificari.
2 Si debitor iurauit soluere in termino,an possit creditor prorogare sine periurio,et habeat vim apostolici in remittendo.

Labeo. Iuramentum pōt remitti absenti et ignoranti.h.d.Intellige sm glosellam z cōmuniter doc.mediante nuntio,quāuis Ful.z Pau.de ca. reprobant per aliqua quibus respōde vt per do.Alex.
1 hic.†Et ex hoc Bar.docet practicā,qd qn dilatio statuitur per iudicem absenti,qd ei notificet per nuntium,z ex tpe notificationis incipit currere:vt est tex.in.l.ij.C.vbi in rē actio.in versic.eoqz ad notionem eius perducendo quē Bal.ibi ad hoc reputat notabilem.z est gl.in.cle.j.in glo.pe.de appel.cū alijs hic allegatis per.d. Alex.late per do.Anto.in.c.licet causam.in.iij.col.de proba.Itē per hunc tex.decidit Bal.in.c.cū inter.in.ij.colū.de elec.qd stante statuto,q homicida decapitet nisi pacē fecerit intra mēsez,q ei cōsanguineus vel amicus poterit p eo absente z ignorāte facere pacē per hūc tex.z ei proderit:dato etiā q intra mēsez nō ratificauerit:sz vltimū est falsum,z ɔtrariū de directo tenet late bald.hic.
2 ¶†Ultimo no.istud qd duo fundamenta,dicit Bar.hic.z alij sequuntur precipue late Albe.hic quod si debitor iurauit soluere in certo termino,ante lapsuz termini pōt,creditor progare et liberare debitorē a piurio:regula est em notabile,q qlibet i cui fauore est prestitū iuramentū,hz vim aplici in remittēdo illud.c.j. vbi canoniste extra eo.z.l.fi.in prin.ff.qui z a qbus.Barto.in.l.j.§. z post operis in vlti.colū.j.de ope.no.nun.Bal.in aut.q eis.C.de nup.z in.c.debitores.in.j.col.z in.c.ego.R.circa si,extra.e.vbi ar. illius tex.dicit,q vasallo pōt dñs relaxare iuramentū z iuramenti vinculum,z ipsum absoluere:z qd licētia hz vim absolutionis. Itē adde hic tex.in.c.significauit.de censi.z in.c.ij.z ibi no.Abb. de spon.Itē q singulr decidit Jo.an.in addi.Spec in tit.de iudi. in.iiij.pte.§.sequit.in addi.incip.ibi.§.ad hoc.ad fin.Extende decisionem Bar.etiā si prorogatio termini fit a creditore postq certum est debitorem qui iurauit non posse in termino facere,adhuc excusat a periurio sm bart.in.l.cū stipulatus sim mihi a proculo. in princ.in pe.col.ff.de verb.ob.Itē extende etiā,si prorogatio termini fieret absente z ignorāte debitore sm Guil.Alb.z bar.hic. z ad hoc bñ facit vna rō Bar.qz ea que impediūt morā,excusant etiā a periurio.facit text.no.in.l.eū qui decē.§.si cū mihi stichum. versi.sed quid si ignorante.ff.de solu.Ad predicta vide decisionē Guil.Bart.z Albe.in.l.fi.ff.de offi.procura.ces.vbi queritur.pone,q iudex ad instantiam meā bannierit aliquē:nunquid ego ad cuius fauorē sequutum est bannū possim remittere tale bannuz absq intercessione iudicis,vide ibi per eos.Limita predicta vt procedat anteq terminus sit elapsus,z sic anteq iurans incidat in periurium.Si aūt lapsus esset terminus,debitor iam incidisset in periuriū,nō posset creditor remittere sm Barto.hic,z clarius Bald.in.d.aut.qd eis,sicut in simili per epm,nā nō debet concedi absolutio a iuramento ei qui iam venit contra iuramentum qz frustra legis auxiliū implorat,q iā i legem incidit.c.qz frustra. de vsur.sm Fede.de se.in cōsi.ccc.incip.factum proponit tale,debitor promisit ad finē.Petr.de anch.in consi.clxxxix.incipiē.predictis subtiliter.Imo.in.d.c.debitores.Panor.in.c.j.extra eod. do.Alexā.in consi.cclxxxvj.qd incip.ponderatis his que in themate narrant.in.ij.col.lib.ij.Itē adde predictis,q vbi iuramentum est prestitum parti in eius preiudiciū,nō absoluit papa iurātem,nisi cū scit qd iuramentū sit illicitū.Ita tz do.Cardi.in le.j. in vl.col.in.xvij.q.eo.ti.et in.c.significauit.de censi.tū cum causa posset papa eū absoluere sm Abb.in.c.quanto.extra eod.arch. in.c.autoritatez.xv.q.vj.Spe.in ti.de legato.§.nunc ostendēdū. ver.hoc quoqz.¶Capio glo.in verbo posse.quā diuido in duas. primo allegat concordantem.scdo not.arg.pro collatione preben de facta absenti.z ad hoc adde text.in.c.accedēs.de prebē.z in.c. si tibi absenti.eo.ti.in.vj.

1 ¶Iuramentum in dubio presumitur in rem,z non personale.
2 Per iuramētum defensoris,queritur exceptio defensori,et eius principali.



Creditore. Si debitor iurat ex cā que psonaz iurantis tantum ab obligatione eximit,fideiussori non proderit:secus si iurat in rem vel sup ɔctu.q in dubio facere psumit.h.d.primo.Et iuramētū fideiussoris sup facto,prodest principali:secus si sup sua psona.h.d.scdo.Et ex iuramēto defensoris querit exceptio defenso.z ei cui quereret si defensus iurasset,sicut in re iudic. h.d.vlti.Et ista vltima pars nō est alibi i iure sm Bar.z doc.hic. z Bal.i locis.j.allegādis.¶In text.ibi,naturalis obligatio hac pactione tollet.Aduerte,qz si sit tm obligatio naturalis:tūc iuramentū pupilli ipso iure liberat fideiussorē,ppter cōsensum creditoris adhibitū in delatione iuramēti.Itē qz p iuramentū ipso iure tollit naturalis obligatio.l.stichū.§.naturalis.ff.de solut.vidistis gl.in.l.ij.§.e.si vero supsit naturalis z ciuilis obligatio:tunc qz p iuramentuz ipso iure tolleret tm naturalis obligatio,z nō ciuilis:certe pupillus z fideiussor nō liberantur ipso iure:sed bene
1 haberent exceptionē iuramēti.¶†No.in versi.finaūt pbari.q iuramentū in dubio psumit in rem,z nō in personā.cōtra qd opponit bar.q imo declarari debeat p eū qui iurauit,per.l.duobus.§. si ei.§.eo.Et rñdet q loquit qn agit ex alia cā:qz ibi erat alius fideiussor,quam hic.§.de iudicio sisti.z male rñdet qui dicit ɔ illum tex.in§ si.qui dicit.q z in fideiussore debiti distinguendum est.ideo rñde sm Moder.q iurans debet declarare iuramentū obscurū: verū est,si petat z fieri possit:qz iurās adhuc viuat:al's pcedit tex.
2 ¶No.ex vltima parte†q per iuramentū defensoris querit exceptio defenso z eius fideiussori.Et ratio est:qz iuramentuz hz vim iudicij.l.sed z si restituatur.§.j.ff.de iudi.l.qui iurasse.§.fin.§.eod. Sed in iudicijs alteri per alteruz acquirit.l.in cause.§.fi.ff.de procura.Item adde meliorez tex.alibi isto,q si creditor petit vsuras a debitore qui iurauit:z propter iuramentum non audet debitor contradicere,q amicus sine mandato cōpareat z cōtradicat:qd est no.ad.c.debitores.extra eodem.Alibi Bal.in.c.ex parte.el.ij. in.v.colum.de rescrip.dicit hic esse text.singul.qd defensor potest intercedere pro presente,defensorio nomine:quāuis aliter dicendum videretur,quasi presentia habens vim taciti mandati z euz facere videatur verum procuratorem.z refert ita fuisse determinatum a quodam do.Philipp.¶Ultimo no.qd sicut iuramentum,prodest fideiussori:ita sententia:in quo dic vt.per Bar.hic.z in.l.duobus.§.j.§.eo.z ibi late per do.Alexan.cum,concordātijs per eum signatis,ad quem te remitto,Et per ista cum laude dei est expeditus iste titulus.

¶Ex pacto nudo. adde gl. magnā i l. legitimaz, ff. de pact. Bart. in. l. j. i vl. col. ff. de condictione ex lege.

¶De in litem iurando. Rubrica

1 ¶Differentia inter iuramentū in litem z iuramentum voluntarium vel iudiciale.in.l.videamus.§.deferre.de iureiur.z nume. 5.z in.l.fi.eo.ti.nu.2.
2 Iuramentum in litem est triplex.nu.2.4.z.5.
3 Que requirantur vt istud iuramentum deferatur.

¶Iste titulus est multum subtilis.z dicit Fulg.q eum nunq intellexit,dum esset scholaris.glo.continuat rubricaz z bene.tu aliter continua.§.in titu.precedenti dictum est de iuramento per qd decidit lis principalis:nunc in hoc titulo tractat de alio iuramēto in litē,per qd decidit estimatio rei.z sic illud iuramentuz est decisoriū litis:istud est estimatoriū,vt statim declarabo.†Et aduer
1 te,qd sex sunt hic dñe inter iuramentū:de quo tractat hic titul.et iuramentū voluntariuz vel iudiciale,de quo principalr tractat titulus precedens.Prima dña est,qz per illud decidit totalis principalis lis.l.j.z.ij.§.tit.j.Istud aūt solum prestatur circa valorē z estimationē rei.Scda differentia est,qz istud iuramentum nunq prestatur nisi actori.l.videamus.§.deserri.j.eodem.Illud potest

promiscue prestari vel reo vel actori.vt.l.nã ꝛ postea.§.j.ꝛ fi.ꝯ.ti.j. Tertia differentia,q: istud iuramentū non potest prestari pupillo.l.videamus.in princ.ꝛ ibi Bar.in.j.oppo.j.eo.secus est in illo. l.qui iurasse.in princi.ꝯ.ti.j.Ratio diuersitatis pz ex quarta differentia que sequitur.Quarta ergo differētia est,q: istud iuramētum non pōt deferri,nisi a solo iudice.l.videamus.§.deferre.j.eo. secus est in illo qd defertur a parte parti,vel extra iudicium:vel in iudicio in presentia iudicis.l.iusiurandum qd ex conuentione in prin.ꝯ.ti.j.Quinta differentia,q: istud iuramentum in litē,nunꝗ defertur nisi ex dolo rei contumacis,adeo qd lata culpa non sufficeret.l.in actionibus.j.eod.nisi in pupillo contra tutorem.l.alio. C.eo.sed in titulo precedēti,nec dolus nec aliqua culpa riquiritur Sexta differentia est,q: istud iuramentum in litem defertur in defectum probationis.ideo vocatur necessitatis.l.fi.j.eod.et dicit in litē:q: non defertur nisi in lite ꝛ occasione litis ꝛ condemnationis precedentis:secus est in volūtario vel iudiciali.Septima est: q: iuramentum litis decisorium de quo.ꝯ.potest prestari super quacūqꝫ actione.l.iusiurandū ꝛ ad pecunias.in prin.ꝯ.tit.j. Sed istud iuramētū affectionis,non cadit super pecunia.l.nummis.j. eo.Octauo differentia est,q: delato iuramēto voluntario vel iudiciali,iudex dz illud sequi.l.non erit.§.dato.ꝯ.titu.j.l.iusiurandū ꝛ ad pecunias.§.fi.ꝯ.ti.j.addo ꝙ iuramentū voluntariū vel iudiciale nō retractatur per instrumenta de nouo reperta.l.admonendi.in.fi.ꝯ.tit.j.nisi in casu.l.fi.C.de re credi.secus in isto iuramento in litem:nam iudex potest moderari,et ex causa iusta illud non sequi.l.videamus.§.pe.j.eod.Nona est,q: cum istud iuramentū in litem,deferat fauore actoris,potest recusare si vult.l.semper.§. hoc interdicto.ff.quod vi aut clā.secus in iuramento iudiciali qd est inductū ad finiendas lites.ita Bart.in.l.fi.j.eo.de quo dixi in l.manifeste.ꝯ.tit.j.Decima est,q: ex iuramento voluntario vel iudiciali,de quo in titulo precedenti oritur actio ꝛ exceptio.l.nam ꝛ postea.§.j.ꝯ.ti.j.sz ex isto iuramēto in litē nulla oritur actio.gloss. est singu.in.§.preterea quasdam.in verbo ex arbitrio.institu.de actio.quā ad hoc reputat singu.Are.ꝛ Roma.in.l.ij.ꝯ.ti.j.Bar. in.l.in actionibus.ad fi.j.eod.Bald.in aut.nouo iure.C.de iudi. Bal.ꝛ Ang.in.l.nam ꝛ postea.in princ.ꝛ in.§.fi.ꝯ.ti.j.Inno.ꝛ alij in.c.super eo.qd me.cau.facit qd vult Barto.in.d.l.nam ꝛ postea. §.fi.Vndecima differentia est,q: iuramentū voluntarium ꝛ iudiciale defertur,ꝛ habet locum etiam vbi intentatur officium iudicis.tex.habes ꝛ exemplum in.l.si duo patroni.in prin.iuncta glo. ꝯ.ti.j.sz istud iuramētū in litē nō hz locū,qn̄ imploratur officiū iudicis.glo.sing.in.l.harū.in glo.ff.si seruit.vendi.ꝛ que sit ratio illius gl.ꝛ an in hoc bn̄ dicat,examinabo in.l.in actionibus.j.eod. Duodecima differētia est:q: istud iuramentū in litē nō competit fisco qui in hoc minus iuris habet ꝙ priuatus.gl.singu.in.l. quoties.in glo.fi.in fi.C.de exa.tri.lib.x.secus in omni alio iuramento l.ij.§.quacunqꝫ.ꝛ.l.eum qui.§.in popularibus.ꝯ.titu.j.de hoc tamen an illa gloss.verum dicat,dicam in.d.l.in actionibus.Tertiadecima,quia istud in litem nunꝗ defertur contra heredem dolosi.l.alias.cum seq.j.eod.sed iuramētū voluntarium ꝛ iudiciale

2 pōt etiam deferri oībus.l.sed ꝛ si possessori.§.fi.ꝯ.titu.j.† Anteꝙ veniam ad legem primam:premitte pro intellectu totius tituli,ꝙ iuramentum in litem(de quo loquit̄ iste titulus)est triplex.quoddam est qd prestatur ratione interesse particularis,ſm particularem affectionem,puta commodaui tibi librum meū,per sententiam diffinitiuam condemnatus es ad restituendum.Tu habes librum quem potes restituere,sed es in dolo ꝛ contumacia:certe lex disponit,quod iudex(odio dolosi cōtumacis)mihi deferat iuramentum in litem de affectione,vt quamuis liber ſm cōem estimationem nō estimaretur nisi vno ducato,ego possem habere affectionem de.xx.vel.xl.nam liber posset mihi tantū esse charus: quia in eo diu studui:ꝛ multas apostillas feci:ꝛ istud lex inducit

ctus innominatus.Ideo pecunia data potest repeti per condi-
ctionem ob causam:altero de tribus modis:si stichus moriatur
anteq̄ dederis:vel si tradidisti cum esset alienus ⁊ sic nō dedisti:
vel etiam ⁊ tertio si dedisti:sed nō vis de euictione cauere.h.d.to
ta lex.diuiditur in duas partes.Primo ponit decisio.Secunda
ibi:⁊ ideo,ex decisione inferuntur tres illationes:licet glo.⁊ male
dicūt,ꝙ sunt tres rationes ⁊ iste tres illationes tendunt ad vnuz
effectum.s.ad ostendendum,ꝙ q̄uis in cōtractu emptionis ⁊ vē-
ditionis ⁊ in alijs ꝯtractibus nominatis,ille qui impleuit nunq̄
possit agere,vt contractus resoluatur,⁊ sic cōtra non implentem
nunq̄ possit agere condictione ob causam ad repetendum illud
qd dedit.l.inciuile.C.de rei vēdi.⁊.l.ea conditione.C.de rescin.vē.
Tamē in contractibus innominatis:quia debiliores sunt,et sic q
dedit pecuniam potest agere contra nō implentez, nō solū actio-
ne prescriptis verbis vt adimpleat:sed etiam ad resolutionē cō-
tractus:⁊ sic ad repetitionem solum per cōdictionem ob causam
siue ille non det:quia nō possit:eo quia stichus premissus sit mor
tuus:siue nō det,quia nō est suus,facit tamen qd pōt, quia tradit
siue etiam det sed nō perfecte quia nolit cauere,⁊ ratio huius vl-
timi est,q tenet dare nō solum tenet transferre dñium sed etiam
tali modo transferre qd effectualiter auocari non possit.l.si rem
meam.vbi text.not.ff.de solu.Ideo necessarium est qd promittat
de euictiōe prout.j.dicam,illa cautio succedit loco speciei:ista est
1 substantia huius legis.¶ † Not.primo ex hoc tex.ꝙ si in contra
ctu interueniat preciū pro re certa,et apponatur verbum dare.ex
parte eius qui obligatur ad speciem non est emptio nec vendi-
tio,sed contractus innominatus propter verbum dare:quod est
contra naturam emptionis ⁊ venditionis,vt habes in glo.Limi
ta istam legem quatuor modis.Primo vt procedat quando est
appositum verbum dare.quod importat trāslationem dominij:
secus si apponatur verbum magis generale.vt verbuz accipere.
l.naturali.§.j.allega.in gloss.vbi dicetur.Secundo limita istum
tex.procedere,quādo esset dubium quem cōtractum vellent par
tes facere,secus si esset certum vt quia fecissent venditionem,tūc
verbum dedit,impropriatur.l.si stipulatus.ff.de vsur.facit in si-
mili tex.in.l.in actione.C.de rebus credi.Et ex hoc inferunt Bart.
Albe.⁊ omnes docto.hic ad instrumenta nostri temporis,quibus
dicitur:dedit vendidit ⁊ tradidit,cum appareat per verbum ven
didit,qd partes volunt facere venditionem: tunc verbum dedit,
impropriatur pro tradidit.Idem tenet Barto.in.d.l.si stipula-
tus.et in.d.l.naturalis.§.j.et in.l.ex empto.in princip.ff.de actio.
emp.⁊ in.l.j.C.de rerum permu.Sed caue,ista saluatio doctoruz
procederet quādo solum diceret in instrumento dedit ⁊ vendidit,
tunc potest impropriari verbū dedit:vt ponat pro tradidit.In
istis terminis loquitur tex.in.d.l.si stipulatus:sed in casu docto-
rum cum sint ista tria verba dedit vendidit ⁊ tradidit: nō potest
verbum dedit,exponi pro tradidit:q2 sic esset bis tradidit.Pro-
pterea consydera si esset melius dicere qd primuz verbum dedit,
reijciatur ex quo repugnat venditioni,per regulam.l.cum preca-
rio.ff.de preca.Tertio limita istam legem non procedere quan-
do dictum esset do tibi pecuniaz pro precio,vel nomine precij,vt
des stichum.Nam vbicūqz fit mentio de precio apparet qd par-
tes volunt facere venditionem.l.fin.et ibi gloss.C.de predi.curia.

lib.x.cum si, ſm Guil. Pau. de ca. ⁊ Alexan. in. l. ij. in princip. ſ.
si cer. pet. vbi examinaui. et ibi etiam tetigi de intellectu. l. cum
manusata. §. fi. ff. de contrahen. empt. Et vltra cõmunia pro p̄di
cta conclusione est glos. in. l. apud celsum. §. de auctoris. in verbo
precio accepto. ff. de excep. doli. cum. l. cum dotē. et ibi not. Bald.
C. de iure do. Quarto limita istam legem procedere. quando ver
bum dare adijcitur certe speciei vt hic, secus si adijcereť generi,
tunc esset emptio ⁊ veniret dare nõ ex natura ↄ̄ctus, sed ex natu-
ra rei deducte in contractũ ſm Barto. in. l. ij. ad fi prin. ſ. si cert.
2 pe. cum cõcor. quas ibi dedi. ¶ † No. secũdo. quod vbi inter par-
tes geritur aliqđ negotiũ informe, non expresso aliquo nomine
cõtractus, ⁊ dubitať quis ↄ̄ctus sit ille, tũc attendiť ꝓprietas ver
borũ vt hic: ⁊ in dubio censeť ille ↄ̄ctus q̄ verbis magis cõuenit.
facit. l. vbi ita donať. ff. de dona. cau. mor. ⁊ in simili tex. cum glos.
in. l. nõ codicillũ. C. de testa. ⁊ in. d. l. cum precario. ff. de preca. dic
vt late per Bar. in. d. l. vbi ita donatur. ⁊ Bal. in. l. si pater. in. ij. le
ctura. ff. de adop. vbi dicit ꝙ in hoc cõtrario oēs freneticauerunt
3 preter Cy. ibi: ⁊ late Bal. in. l. ij. in prin. ſ. si cer. pe. ¶ † No. tertio
ex hoc tex. ꝙ nomine emptionis ⁊ vẽditionis non contineť aliqđ
contractus innominatus, ⁊ consequenter non contineť permuta
tio, imo se habēt tanq̄ species opposite. l. j. §. fi. ff. de rerum ꝑmu.
vnde facit iste tex. ſm Bal. ⁊ Alexã. ꝙ si in statuto fit mentio de
emptione ⁊ venditiõe, nõ contineať ꝑmutatio, ⁊ ita tenent Spe.
⁊ Io. an. in titu. de emp. ⁊ ven. §. nunc dicendum. versi. sed pone
statutũ. Bal. in. l. j. C. de re. permu. Pau. de cast. in. l. j. ff. eo. Ant.
de but. in. c. constitutus. de in integ. resti. Tu adde text. in. c. j. de
his que fiunt a p̄la. sine consen. cap. vbi alternatiue poniť inter
vẽditionem ⁊ permutationẽ, ⁊ ibi Panor. in. ij. notabili. ad hoc
no. postea distinguit, vt ibi per eum. Adde etiam text. cum gl. in
l. fi. C. de predi. curi. lib. x. Intellige tamē sane, nisi essemus in ma-
teria non odiosa sed fauorabili: ⁊ militaret identitas rationis:
hinc videmus, ꝙ edictum edilium curulium loquens in re vendi
ta vitiosa, vt possit redhiberi hꝫ locum etiam in ꝑmutatione. tex.
est in. l. sciendũ. §. deinde. versi. sed si quis ꝑmutauerit. quē Ang.
reputat ad hoc mirabilem. ff. de edil. edic. facit. l. fi. ff. de re. ꝑmu.
4 † Hinc videmus ꝙ res emphiteotica que non põt vendi vel alie-
nari sine cõsensu domini, non potest etiam permutari cũ alia re:
qꝛ est identitas rationis: ita glo. ⁊ docto. in. l. fi. C. de iure emphi.
Spe. ⁊ Ioan. and. in titu. de loca. §. nũc aliqua. ver. xxj. ⁊ clarius
Guili. de cu. Bald. ⁊ Ange. in. l. cũ hi. §. si cui. per gloss. ibi. ff. de
transac. Ioan. an. ⁊ Imo. in. c. potuit. de loca. q̄uis contrariũ ⁊
male tenuerit idem Bal. post Iac. de are. in. l. si domus. §. fi. ff. de
5 lega. j. † Hinc etiam videmus quod si testator prohibuit ne filius
possit vẽdere res immobiles: qꝛ vult quod perpetuo remaneant
in familia, qđ non poterit etiam permutare, propter identitatem
rationis consyderata mēte ⁊ effectu testatoris. Ita late cõcludit
Bald. hic: Bald. ⁊ Ange. in. d. l. cum hi. §. si cui. post gl. ibi, secus
autem esset: quando esset diuersa ratio inter venditionem ⁊ per-
mutationem. Et ad hoc bene facit quod decidit Bart. in. l. sicut.
§. sed ⁊ si permiserit. per illũ tex. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. re-
6 ferens sepius vidisse de facto: † quod si episcopus dedit licentiā
abbati vendendi res immobiles ecclesie pro satisfaciendis debi-
tis, ꝙ nõ põt ꝑmutare, cũ sit diuersa ratio: qꝛ ꝑmutãdo non satis
fit debito, saluo si aliter vẽdi nõ possent: vt ibi ꝑ eũ, qđ limita vt ꝑ
Bar. in. l. aristo. ad fi. p̄n. ff. de dona. qñ esset p̄ncipal̄r ꝑmutatio: se
cus si esset principaliter vẽditio habēs mixturā permutationis:
vñ dicit ibi Bar. se de facto ↄ̄suluisse: ꝙ cũ papa dedisset licentiā
abbati vẽdendi certũ fundum ecclesie, põt eum vendere pro mil-
le, ⁊ pro alio fundo qui permutabatur. Et de hac materia adde
etiam Bald. in l. ij. C. de vsucap. pro empto. ⁊ in. c. j. de contro. in-
7 ter do. ⁊ emp. ¶ † Quarto no. in ver. ⁊ ideo. in contractibus inno
minatis debitor speciei perempta specie non liberatur, quin pe-
cunia data possit repeti etiam si non fuit in mora vel culpa: secus
esset in contractibus nominatis. l. si vt legati causa. ff. de verbo.
obli. l. qđ te. vbi dixi. ſ. si cer. pet. Et ex hoc habes correlarie not.
quod in cõtractu innominato periculum interitus speciei debi-
te, non pertinet ad alterum contrahentem: secus est in emptione
⁊ venditione: vbi periculũ est emptoris, nec põt agere ad estima-
tionem aut repetere pecuniam. §. cum autem. insti. de emp. ⁊ ven
di. ⁊ ratio diuersitatis est: qꝛ contractus emptionis est perfectus
ante implementum. l. necessario. ff. de peric. ⁊ commo. rei vendi.
ideo periculum est emptoris. Sed in ↄ̄ctibus innominatis con-
tractus ante est imperfectus. l. j. ff. de rerum permu. istud notabi.
8 qualiter intelligatur statim dicā in gl. in ver. possum. ¶ † Quin-
to no. in ver. finge. ꝙ in contractibus innominatis qui non dedit
prout dꝫ: fecit tamen qđ potuit, qꝛ tradidit, nõ liberať quin datũ
possit repeti. Limita in cõtractu innominato trãsactiõis: vbi qꝛ
est inductus fauore minuēdarum litium, in eo qui promisit dare
sufficit tradi si plus non põt, nec repetitur datam. tex. est no. in. l.
si pro fundo. vbi Bart. ⁊ doc. C. de trãsac. idem Bart. in. l. si quis
aliam. in prin. in. iij. col. ff. de solu. Scđo limita quando talis res
fuisset tradita ex causa permutatiõis cum re que fuerat exposita
9 venalis. tex. habes sin. ⁊ exemplũ in. l. j. C. de rerũ ꝑmu. ¶ Sexto
no. ibi: sed tñ eum tradidisset. differentiam inter verbum dare
qđ importat translationem dominij, et verbũ tradere quod nõ
importat dominium: facit. §. sic itaque. insti. de acti. et. l. vbi aũt
nõ apparet. §. fi. ff. de verb. obli. aliquãdo tñ ratione subiecte ma-
terie, verbum dare impropriať pro tradere. l. j. in prin. cum glo.
ff. depo. glo. in. l. nõ videť data. ff. de reg. iur. cũ alijs que allegaui
10 ſ. in. j. no. ¶ † Septimo no. ex ver. si. quod qui est obligatus dare
speciem ex cõtractu innominato, vltra hoc qđ det: teneť etiā ca-
uere, alias datum repetiť: ⁊ in hoc differt ab emptiõe ⁊ venditio
ne, vt declarat Bar. in lege si meam. ff. de solutioni, ⁊ talis cautio
succedit loco speciei ſm Barto. in. l. cum hi. §. qui hominem: et
in. l. si quis aliam. in prin. in. ij. col. ff. de solu. Limita istum textũ.
procedere quando cautio venit ex natura ↄ̄ctus innominati ex-
presse vel tacite, vt est hic, qꝛ qui promisit dare teneť taliter dare
qđ euinci non possit. d. l. si rem meam. Ideo teneť cauere: qꝛ si cõ-
tingeret euinci, cautio esset loco speciei: vt predixi. Alias in con
tractu innominato non teneť quis cauere, ⁊ si nolit cauere: datũ
non repetitur. tex. habes ⁊ exemplum in. l. iij. in prin. ⁊ ibi Bal. ⁊
Ful. ſ. eodem ⁊ do. Christo. de castel. ⁊ Ful. hic. ¶ Gl. in verbo
procliuior. diuidiť in duas partes. Primo declarat tex. In se-
cunda que est ibi: sed videtur. oppo. cõtra tex. ⁊ dupliciter soluit
11 ⁊ tenet secundā solu. ⁊ bene. s. ꝙ in. d. l. naturalis. §. j. † est verbum
accipere magis generale qđ de necessitate nõ importat trãslatio-
nem dominij: sicut hic verbũ dare. Limita nisi verbum accipere
vel recipere adijcereť generi vel quantitati, tunc importat domi
nij translationem, non ex natura ipsius verbi, sꝫ ex natura rei cui
adijciť. l. cuꝫ mora. ⁊ ibi Bar. ⁊ alij ad hoc no. C. de transact. ⁊ idē
Bar. in. d. l. naturalis. §. j. Confirmo per bonum simile: nam ver-
bum trado non importat translationē dominij, vt dixi in tex. ⁊ est
tex. in. l. si rem tradi. ff. de verb. obli. Istud est verum nisi adijcia-
tur generi vel quãtitati. glos. est sing. in. l. a substituto. §. fi. cum. l.
seq. vbi est glo. ff. de lega. j. ⁊ ibi doc. precipue Imo. ⁊ Moder. ad
hoc no. ⁊ reputant singularē pro limitatione. d. l. si reꝫ tradi. Ad
uerte circa predicta ad duo. Primo, ꝙ ex solutiõe glo. ibi: vel di-
co, habemus inferre ꝙ pactum qđ fit cõtra naturā cõtractus. fa-
cit illum trãsire in aliam speciem contractus. Et si contra argua
tur, ꝙ imo tale pactum contra naturam contractus initũ sit nul
lum per. d. l. cum precario. Respondeť, ꝙ vbicunqꝫ essemus in ca
su claro. verũ est, ꝙ pactuꝫ reijceretur. d. l. cũ precario. sed in casu
istius legis eramus in casu dubio, quem contractum vellent face
re partes. hinc est qđ si partes expresse egissent facere venditio-
nem, ⁊ postea apposuissent pactum qđ dominium transferretur
reijceretur pactum. Secũdo aduerte circa gl. ibi. hi vero in quāti
tate, nā ex ea habes, ꝙ quãdo datur pecunia vt quantitas cēseť
12 vẽditio: sed si datur vt species. nõ est vẽditio. † Et ex hoc infertur
ꝙ si vendo tibi istā domum ꝓ pecunia quam habes in arca, non
est emptio: qꝛ pecunia tunc consyderatur vt species. sed si dico: vē
do tibi istam domum pro quanta pecunia habes in arca: tũc di
citur emptio ⁊ venditio. ratio diuersitatis est: quia vtendo verbo
quanta, fit relatio saltē tacite ad quantitatē: ideo tũc est emptio.
Ita ad literam dicit gloss. singu. in. l. hec venditio. §. j. in verbo
quanti. ff. de contrahen. emp. quam glos. pro singulari exclamat
Roma. in. l. si certos nummos. ff. de verbo. obliga. et de illa facit
mentionem Bar. in. j. l. si seruus. §. qui quinqꝫ. ff. de lega. j. ¶ Gl.
in verbo possum. diuiditur in quatuor, oppo. ⁊ tres solutiões po
nit: partes patent. Tu iunge omnes tres sol. simul. ⁊ habebis ve
ritatem: nam qui dedit pecuniā vt stichum haberet, sticho mor-
tuo, si vult agere actione prescriptis verbis, aget vt contractus
impleatur ⁊ sic stichus detur: ⁊ non potest. Ita loquitur contra
rium iuncta solutione glo. ibi. aut vult agere condictione ob cau
sam ad repetēdum qđ dedit: ⁊ tunc aut vult agere ex capite cau
se nõ sequute: ⁊ ꝓcedit distinctio quā ponit glos. in prima sol. aut
vult agere ex capite penitentie: ⁊ tũc procedit secũda solutio gl.
⁊ eius distinctio. ¶ Glo. in verbo non liberaberis. diuide in tres
partes. In prima opponit contra text. et dupliciter soluit. In se-
cunda ibi: sed ad quid. glo. ſm Barto. ⁊ Bal. opponit cõtra tex.
dic melius ꝙ format questionem ⁊ simul per viam fallētie remo-
uet vnũ contrarium. In tertia ibi, vbi ergo locũ habet, gl. per. viā
questionis. opp. contra tex. ⁊ soluit. In prima parte tene primaꝫ
solu. reprobata secunda: et ita etiam reprobat Imo. in. l. aristo. §.
libero. ff. de dona. cum lex hic vtatur termino cautio. ergo intelli
gitur sine fideiussore. l. sancimus. C. de verb. signific. In secunda
13 parte principali glos. duo sunt videnda. † Primo, an donatio sit
cõtractus nominatus vel innominatꝰ: glo. hic tenet, ꝙ olim esset
innominatus, hodie sit nominatus: idē tenet glo. in. d. l. iurisgen
tium in princi. ff. de pac. et in. l. pacta conuenta. in prin. ff. de con-
trahen. emp. et in. l. ij. C. de condi. ob causam. fundamentum glos.
est quia

est, qz solo cōsensu producit actionē: ergo est contractus noīatus
iuribus allega. in glo. Istud fundamentum reprobāt docto. quia
multi sunt cōtractus noīati, qui solo cōsensu nō pducunt actionē
vt sunt oēs qui cōtrahūtur re, ꝛ tamē sunt noīati. Sed tu cōsydera
quod fundamētum glo. est verum arguēdo affirmatiue vt gl. fa-
cit, ꝛ probāt iura per eā allega. Sed negatiue nō est bonum argu
mētum, si dicaꝛ nō producit actionē ex solo cōsensu: ergo nō est cō
tractus noīatus, falsum est vt prediri. Jac. but. tenebat qꝺ olim ꝛ
hodie esset cōtractus innoīatus, per tria fundamenta, q̄ refert hic
Bar. Tertia est opi. Bart. hic vera ꝛ cōis quā etiam tenet ipse in
l. iurisgētium. in pri. vbi Paul. de cast. ꝛ latius do. Alex. ff. de pac.
Bart. in. l. in edibus. §. j. ff. de dona. ꝛ in l. ij. vbi etiam Cy. et Bal.
C. de ɔdi. ob cau. precipue per tex. qui valde stringit in. l. aristo. in
prin. in ver. deniqz. ff. de dona. vbi in donatione non habet locum
penitētia, nec cōdictio ob causam. et tn̄ si esset cōtractus innomi-
natus haberet locum, vt hac lege, disputādo ꝛ in puncto iuris po
test teneri opi. Jac. bu. quā tenet Fulg. hic ꝛ in. d. l. iurisgētium. in
princ. ꝛ ante eum Fran. de rampo. in repeti. huius. l. in. vj. opposi.
ij. partis. prout refert ꝛ sequitur Jmo. in dicta. l. in edibus. §. j. vbi
etiam Rapha. cu. idem tenet, et idem videtur tenere Bal. in. d. l.
iurisgētium. in prin. et in rubꝛ. C. de re. permu. intellige tamē sane
licet docto. nō declarent, quod donatio est contractus innomina-
tus, non quidē respectiuus: quia ɔtractus innominati respectiui
sunt tātum quatuoꝛ, qui enumerātur in. l. naturalis. per totam le
gem. ff. de prescrip. ver. sed est contractus innominatus simplici-
ter, prout etiam pactum nudum: vt statim infra subijciam. Pro
ista parte stringit, qz donatio est nomen generis: ergo cum rema-
neant in noīe generis dicitur ɔtractus innominatus, sicut in simi
li de permutatione, dicit glos. approbata in rubꝛ. C. de re. permu.
Et licet permutatio propꝛie sumpta dicatur solum quādo datur
species certa pro alia specie certa: vt declarāt glos. et docto. in. l. j.
C. de re. permu. glo. ꝛ docto. in. l. j. ff. eo. Tamē qz large alios cōtra
ctus cōpꝛehēdit dicitur permutatio nomē generis: et contractus
innominatus, sic in proposito, donatio propꝛie sumpta dicitꝛ solū
simplex donatio. l. j. ff. de dona. tamē large compꝛehēdit donatio-
nem ob causam causa mortis: ꝛ donationē propter nup. Jtē lega-
tum. ff. de leg a. ij. ergo donatio est nomen generis: pro quo facit. l.
alienatū. §. donationis verbum. ff. de verbo. fig. facit: qz diffinitio
debet cōstare ex genere ꝛ differētijs: vt declarat Bar. in. l. j. in pri.
ff. de aquir. pos. sed in. d. l. legatum. diffinitur quid est. legatum: et
dicitur ꝙ est donatio quedam: ergo apparet qꝺ donatio est nomē
generis. huic fundamēto respondet Alexā. in. d. l. iurisgētium. in
princi. ꝙ eo attento sequeretur quod vēditio esset contractus in-
nominatus, cum etiam compꝛehēdat vēditionem ob causaz: ꝛ cō
ditionalem: sed istud nihil facit: nam oēs predicte sunt species vē
ditionis solum differētes numero: sed donatio vltra qꝺ compꝛe-
hēdat multas species donationis: etiam compꝛehendit legatum
vt prediri: nec obst. si adduceretur tex. in. l. statuliberi a ceteris. §.
quāuis. ff. de statulibe. qz respōde fm Bald. in. d. l. iurisgētium. in
princi. et ibi ascribit Jmo. in. d. l. in edibus. §. j. qꝺ ille text. non di-
cit qꝺ appellatione vēditionis alij cōtractus cōtineātur, quāuis
litera ibi ita sonet: sed bn̄ dicit, ꝙ illud senatuscōsultum loquēs in
vēditione ex idētitate ratiōis extēditur ad alios cōtractus: vel ali
ter ꝛ secūdo respōde vt p Bal. in. l. volūtas. in vlt. col. C. de fideicō.
tenēdo istam partem difficile est respōdere ad. l. aristo. ver. deniqz.
quā Bar. alle. pro casu: respondēt Jmo. Lud. ꝛ Rapha. co. in. d.
l. in edibus. §. j. qꝺ in contractibus innoīatis illicita est penitētia
verum est, re integra: sed in. d. l. aristo. res nō erat integra: imo fa-
cta traditio ꝛ executio: sed errant, qz in cōtractibus innominatis
executio ꝛ implemētum nō impedit quin semper sit locus penitē-
tie ex parte eius qui impleuit. l. si pecuniā. in prin. vbi dixi. S. e. du-
rum est respōdere ad illū text. ego sic noīter respōdeo: nā illa re-
gula, qꝺ in cōtractibus innoīatis habeat locū penitētia procedit
in his qui sunt respectiui: ita loquūtur oēs leges loquētes de hac
materia, sed qn̄ est cōtractus innoīatus simplex. non respectiuus:
vt est donatio, ibi nō habet locum penitentia. Jta vult glo. sing.
l. si cum fundum. in glos. j. ff. de pact. fm Jmo. in. l. ex hoc iure. §. si
quis dederit. ff. de dona. quāuis illā glo. aliter ibi intelligat Bar.
in illa. l. si cum fundum. in. ij. opp. Et hoc clare confirmo. nam pa-
ctum nudum est cōtractus innoīatus simpliciter, prout tenet glo.
singu. in. l. j. in prin. in glos. mag. circa fi. ff. de actio. ꝛ obli. quam se
quitur Bald. in rub. ꝛ in. l. j. C. de pac. ꝛ reputat singu. in. c. quinta
uallis. in. ij. col. de iureiurā. ꝛ plenius in. l. lectā. in. vij. col. §. si cert.
peta. ꝛ tamē nemo dicet qꝺ in pacto nudo habeat locū penitētia:
qz sic pactum nudum nō pduceret exemptionem, contra regulā
d. l. iurisgētium. §. igitur nuda. Jstud etiam patet in. l. si gratuitā.
in prin. ff. de prescript. ver. vbi est cōtractus innominatus, sed nō
14 respectiuus: cogita tamē, qz forte nō audiuisti amplius. Retenta
tamē opi. Bar. ꝛ cōi. † Videndum est scđo, si donatio est ɔtractus
innominatus, quomodo pōt habere locum condictio ob causam
Bar. hic assignat mirabilem rationē quā sequūtur Ang. Sali. et
latius Alex. hic. Sali. in. l. petēs in. iiij. q. C. de pact. licet Paul. de
cast. reprobet et male vt per Alexā. hic: duas alias rationes assi-
gnat Bart. in. l. j. in prin. ff. de dona. quas reprobat Alexā. hic sed
nō insistendo in verbis dic quod responsio est clara, ꝙ in donatio-
ne simplici: quia illa est cōtractus nominatus nō habet locū cō-
dictio ob causam: sed cōdictio ob causam, bene habet locū in do-
natione facta propter causaz: ita loquitur. l. j. C. de dona. que sub
mo. l. cum res. C. de dona. ꝛ. l. ea lege. C. eo. titu. quia donatio ob
causaz est ɔtractus innominatus, scꝫ do vt facias: ita tenet Bar.
in. l. ij. C. eo. ꝛ sequūtur Pau. de cast. ꝛ Ludo. roma. hic: istam solu
tionem reprobat Alexā. per. d. l. aristo. in versi. deniqz, vbi erat do
natio ob causam: ꝛ tamē nō habet locum penitētia sed errat imo
ibi intra quinquēnium erat donatio simplex: ꝛ tūc queritur de re-
petitione: ita dicit ꝛ melius ipse Alex. in. d. l. iurisgētium. in prin.
Jn. iij. parte gl. iuxta fi. ibi cum facta nō possent repeti. dic qꝺ glo.
nimium generaliter loquitur: quia imo quedam facta repetibilia
sunt, vt traditio vacue possessionis fm Bar. hic et in. l. si pecuniā.
in prin. ꝫ. eo. ¶ Extra glo. Barto. hic reassumit totam materiam
per distinctionem, tu clarius fac regulam cū sex fallētijs. Regu-
la est, qꝺ in ɔtractibus noīatis nō habet locum condictio ob cau-
sam ad repetēdum illud quod est datū. l. inciuile. C. de rei vendi. l.
ea condictione. C. de rescin. vendi. iuncta. l. sicut. C. de actio ꝛ obli.
Jsta regula procedit in contractu nominato simpliciter facto, se-
cus si apponeretur pactum: puta vēdo rem pro decē: pacto quod
vadas pro me romam: si deductū in pacto esset maius quā preciū
cum attēdi debeat qꝺ principaliter agitur. l. si quis nec causam. ꝛ
ibi dixi. §. si cer. peta. certe pacto principaliter consyderato habe-
ret locum cōdictio ob causam. tex. est singu. fm omnes ibi: in. l. cū
et ibi gloss. C. de pact. inter emp. ꝛ vendi. quod autem pactum ibi
fuerit de principaliori causa patet ibi in tex. in verb. exiguo. et ibi
Cy. declarat bal. ꝛ Sali. in. l. ij. C. eo. secus si deductum in pactum
esset vilius. l. ea condictione. C. de rescind. vēdi. Jsti duo tex. simul
iuncti bene declarāt istum passum: et ita in effectu tenēt Bart. et
Ange. hic in vlti. col. quāuis Bar. obscurius loquatur. Secundo
limita predictā regulā mirabiliter nō habere locū, quādo cōtra-
ctus noīatus fieret pro vno, et pactum apponeretur incontinenti
pro alio: tūc quia actio descendēs ex cōtractu nō potest informari
vt competat ad deductū in pactum, habet locum ɔdictio ob cau-
sam, ad repetēdum quod est datuz: ita tenet Bar. in pe. colū. in fi.
quem sequitur Ang. ꝛ Sali. ꝛ plenius Alexā. hic ꝛ Sali. in. l. pe-
tens. in. iij. q. C. de pac. et mouentur omnes per legem ea lege. C. de
condi. ob causam. ꝛ. l. cum res. C. de dona. Tertio limita quando
contractus ex parte vnius resoluitur ex dispositione legis vel sta-
tuti: tunc alteri parti competit condictio ob causam ad repeten-
dum qꝺ est datū: tex. habes ꝛ exemplū. in. l. bonafides. vt l Bar. ꝛ
Pau. de ca. ad hoc not. ff. de act. emp. Dic melius qꝺ imo rescisso
conctactu competit actio ex illo contractu, ꝛ nō condictio ob cau
sam. l. ex empto. §. si is qui vina. vbi Bar. met. no. ff. de actio. emp.
Ludo. ꝛ do. Alexā. ꝛ Ful. in. d. l. bonafides. Quarto fallit quādo
contractus est nullus, quia ex quo cessat ratio que assignatur in. l.
in commodato. §. sicut. ff. commo. habet locū cōdictio ob causam
fm Bal. in. l. j. C. de re. permu. Quinto fallit quando in contracti
bus nominatis non obseruantur promissa circa qualitatem vel
bonitatem rei, pōt agi redhibitoria ad repetendū id qꝺ est datuz
licet non condictione ob causam. l. qꝺ si nolit. §. j. ff. de edi. edic. fm
Bal. in. l. si prediū. in. iij. col. C. de edil. edic. Sexto limita, qꝺ lꝫ in
contractibus nominatis nō habeat locū condictio ob causam. vt
prediri: tamē bene habet locum condictio ob turpem causam, ita
videꝛ probare tex. in. l. fi. ꝛ ibi gl. ad hoc not. j. de condi. ob turpem
causam. Et ibidem Pan. de ca. et Alexan. in. j. notabi. ibi dicam
et reprobabo.

¶ De condictione ob turpem causam. Rubrica

1 ¶ Si promisi centū ex causa vsuraria et solui, repetere possum.
2 Remissio vsurarum facta feneratori, presumitur colorata.
¶ Glo. rubrice diuidiꝛ in duas partes. Primo cōtinuaꝛ rubrica
ad precedē. Secundo remouet tacitū contrarium. Scđa ibi: ꝛ qꝺ
subijcit. Ex prima parte ibi: nūc de hac que preteritam: habes qꝺ
datū ob causam preteritam turpem, repetiꝛ per istam cōdictionē
ob turpem causam. Jdem not. gl. in rub. C. eo. ꝛ glos. in rub. j. tit. j.
istam gl. reprobant vltramōtani: ꝛ Cy. in dicta rub. C. eo. Bart. ꝛ
Ange. hic Pau. de ca. in. l. j. in prin. j. eo. per tex. l. penul. j. eo. et in
l. ij. C. qꝺ metus causa. ꝛ est ratio: qz qn̄ causa de pterito est turpis
ille qui soluit scit se nō teneri: ergo soluit scienter indebitum, per
consequens videꝛ donare, ergo repetere nō pōt. l. j. j. ti. j. Ex ista cō
clusione doctorū datur limitatio ad totum istum tit. vt procedat
quando datio preced. t, ꝛ sequiꝛ postea implemētuz turpis cause
secus esset econta, si precederet causa turpis de preterito, ꝛ postea

T

soluerettur ⁊ ita in specie not. Pau. de cast. in. l. j. in. versi. j. j. eo. ita
transeunt oēs. Tu in primis adde, qđ Bart. inct sibi cōtrarius
sequitur istam gl. in. l. si plagij. vbi est tex. qui cōfert ad materiā
ff. de verbo. obli. scđo consyderat: qđ quādo causa de preterito est
turpis, ⁊ q dat simpliciter, nulla causa expressa in donatione, ve
rum est qđ non pōt tunc repetere. l. pen. j. eo. q2 videret donare. vt
predixi: et datio sequens, purgat vitiū precedēs. d. l. ij. C. qđ me-
tus causa, sed ista gl. ⁊ similes pcedūt, qñ tēpore dationis, causa
turpis de preterito fuit expressa: nā dedi centū: q2 fecisti furtum
turpitudo est ex parte recipientis tm̄: tūc datū repetit per cōdi
ctionē ob turpē causam. ad hoc specialiter induco. l. ex ea stipu-
1 latione. j. eo. † Confirmo per simile: si promisi centū ex causa vsu
raria: ⁊ sic ex causa de p̄terito turpi: si ea solui ex ea causa vsura-
ria, possum repetere, c. debitores. de iureiurā. no. pulchre Bart.
in. l. si non sortē. §. j. per illum tex. ff. de condi. indebi. sed si solue-
rem ex liberalitate vel ex causa donationis, tunc nō repetere: ita
tenet glo. in. c. pactum. in verbo restituitur. de reg. iur. lib. vj. Ho
stien. in sum. ti. de vsur. §. que pena. ver. quid si fenerator. Fede.
de senis cōsi. xviij. incipien. questio talis est. et in consi. xxij. inci.
vtrum vsurarius. Pet. de ancha. et Panor. in. c. cū tu. de vsur.
Calde. in consi. x. posito sub titu. de vsur. late Lau. de rodul. in
repeti. c. consuluit. de vsur. in. iij. parte questionis. ij. ⁊ vij. ⁊ Bal.
expresse. in. l. pen. j. eo. et in. l. constitutionibus. C. de vsur. alibi ta-
men Bald. in. l. ab anastasio. in pe. colū. C. mādā. colligit ex illo
2 text. † ꝙ remissio vsurarū facta feneratori ex causa donationis
presumit colorata, ⁊ nō facta animo mero liberali: sed vt habeat
gratiosiorē extorsionem: sequit Pau. de ca. in. l. rogasti. §. si tibi.
ad finē. s. si cer. pe. Alex. in consi. cccclxv. incip. circa primum du
bium quo querit an dictus datarius. in vlti. col. aliqd Paul. de
cast. in. l. pen. j. eo.

a ¶ Gratis tenet. Addo per totū ti. de simo.

b ¶ Penalibus. Adde gl. i. l. furti. in. §. fi. ff. de his q not. in fa. ⁊ ibi bar. car. zab. i. c. p inqsitionē in. ix. opp. d elec. Ioā. de imo. in cle. j. de ele. in. ix. col. ver. si ergo querit.

1 ☞ Quādo aliquis tenet gratis facere, si accipit turpiter facit.
2 Quando turpitudo versat ex parte vtriusq3, cessat repetitio.
3 Datum iudici vt iudicet, quando repetatur.
4 Quid si promisi seruare eum indemnem.
5 Quid in pecunia data testi vt testificetur: et ibi an teneat pena falsi. ⁊ nu. 6.
7 Attenditur causa que nocet, ⁊ non que prodest.
8 Attenditur causa prohibitiua, ⁊ non permissiua.



OMNE. Datum ob causam honestā ea se
quuta nō repetit. Datum vero ob
turpem causam, si sit ex parte recipiētis tm̄, repe
titur: secus si ex parte dātis vel vtriusq3. h. d. cū
tribus legibus sequentibus vsq3 ad. §. sed et qđ
1 meretrici. ¶ † No. in. l. ij. regulam, qđ quādo ali
a quis gratis tenet[a] aliqd facere vel nō facere, si pecuniā accipit
turpiter ⁊ iniuste accipit: ⁊ de hoc est gl. in. l. iij. §. si tibi. j. eo. ibi
2 dicā de hac regula. ¶ † Scđo no. ex. l. iij. qđ qñ turpitudo versat
ex parte vtriusq3, cessat repetitio. q2 in pari causa turpitudinis
melior est cōditio possidentis. l. pe. j. eo. Contra hoc opponit, qđ
in pari causa turpitudinis debeat hic dari replicatio actori cū
tractet de damno: sicut in simili in. l. cū mulier. ff. solu ma. respon-
det ibi Bar. sed clarius eo: quod ibi fundamētum actionis mu-
lieris nō erat in causa turpi sed honesta, scilicet in actione de do-
te, merito iuuatur via replicationis, sed hic totū fundamētum
esset in causa turpi. Aliter respondet Bal. in. l. cū te. C. e. qđ hic
culpa dātis processit, qui soluit ex turpi causa, sed in. d. l. cum mu
lier. nihil pōt imputari mulieri circa solutionem, cum a princi-
pio soluerit ex causa dotis honesta. Aliter respōdet Bald. in. d.
l. cum mulier. non refero quia do. Alexan. ibi reprobat. ¶ Gl. in
vbo sed si dedi vt scđm me. diuide in quatuor partes. Primo quia
text. videt quādā cōtrarietatem continere et se corrigere. glos.
ponit primum intellectū. In secūda ibi: prout autē determinat.
ponit secundū intellectum: et istum tene, quia alias lex sequens
nihil adderet. In tertia ibi: hodie autem. opponit ⁊ fatet contra-
rium. In quarta et vltima contra precedentem partem opponit
de. c. nō sane. quod corrupte allegat. xvij. q̄stio. v. debet allegare
xiiij. q. v. Ex tertia parte glo. habes, qđ hodie corrigit iste tex. per
3 l. ij. cum aut. ibi posita. C. de pena iudi. qui ma. iudica. †. vbi quo-
modocūq3 detur pecunia iudici, siue vt iudicet scđm me, siue etiā
vt causam expediat, vtrumq3 perditur: ⁊ causa principalis et pe-
cunia data. cum glo. tenent Barto. Salice. et Pau. de cast. hic. ⁊
Bart. in aut. sed nouo iur. C. de pena iudi. qui male iudic. Tene
contrarium qđ imo quando pecunia datur iudici solum ad hūc
finem, vt causam expediat, licet perdat causam, tamē non potest
datum repetere: nec contrarium dicunt iura allega. in glo. ita te-
nēt do. Christo. de castel. Fulgo. ⁊ Alex. hic, glo. ⁊ Archi. in. d. c.
non sane. gl. in. c. qui recte. xj. q. iij. Bald. in. c. fi. in vlti. colum. de
b appella. nā in penalib[b] non debet fieri extensio, per regulam. l.
cum quidam. cum simi. ff. de libe. ⁊ posthu. ⁊ vide que habes not.
4 per Bart. in. l. j. §. pe. ff. de calum. † Item adde quod quamuis

c ¶ Alicui. adde. l. j. i. §. j. ⁊ ibi doct. ff. de fal. et doc. in. c. l3. de proba.

d ¶ Questu. addo. c. sic nō sunt. xxxij. q. iiij. capi. Imolās. c. nolite. ⁊ in ca. eleemosyna. xliij. q. v. gl. summe xiiij. q. j. gl. sūme. xiiij. q. v. S. tho. ij. ij. q. xxxij. ⁊ an in foro cōsciētie meretrix teneatur ad restitutionē. vid per Inno. ⁊ abb. in. c. q2 plerisq3, de immu. eccl. per. S. tho. ij. ij. qō. lxij. articu. v.

e ¶ Testari. adde Cy. in l. cū te. C. de cōdi. ob tur. cā3 bal. i. l. j. C. eo. Ab. in c. q2 plerisq3. de imu. ecc.

non sit licitum aliquid dare iudici: bene tamē potest promitti de
conseruando eum indemnem: ita singu. Bart. in. l. si quis vxori.
§. si fugitiuum. argu. illius text. ff. de fur. licet de hoc reliquerit co-
gitandam Bart. in dicta aut. sed nouo iure. in fin. imo plus dicit
Ange. per. d. §. si fugitiuum. quem ad hoc reputat singularem qđ
qui promittit indēnitatem iudici, nō perdit causam. Sed in hoc
tene contrarium prout expresse tenet Bal. hic: ⁊ in. c. cū ab omni.
de vita et honesta. cleri. quia presumitur hanc indemnitatem pro-
5 mittere animo iudicem corrumpendi. ¶ † Item per istum text.
c cum gl. dicit Pau. de cast. quod si dedi pecuniam alicui[c] vt testi-
ficetur pro me in bonam causam, et fm veritatem, quod talis te-
stis dicitur corruptus et falsarius, et perinde punitur acsi falsū
6 dixisset † Et si statutum disponat, quod producens falsos testes
perdat causam, iste perderet. Adde ꝙ testis qui accepit pecuniā
vt verum deponat, tamen tenetur pena falsi. glo. est in. l. j. in prin.
et ibi Barto. ff. de fal. Specu. et Ioā. and. in tit. de teste. §. j. versi.
quid si testi. et Imo. in. l. diuus. ff. de re iudic. creditur tamen tali
testi, si producatur contra eum qui pecuniam dedit. Ita no. bald.
in. c. j. si de inuestitu. inter domi. et vasal. lis oria. per illum text. in
verbo premio. quod Bald. ibi reputat mirabile. Adde tū text. in
l. fina: ff. de testi. cogen. per quem notat ibi Bald. quod testes pe-
cunia corrupti possunt produci contra corrumpētem quod raro
alibi reperitur fm eum. ¶ Gloss. in verbo. sed hic quoq3, diuide
in duas. In prima declarat text. in secunda format questionem.
Secunda ibi: quid autem si promiserim. ¶ In eadem gl. et videt
quod possim. alibi glo. in. l. ij. C. eo. ⁊ i. l. iurisgentium. §. ob male-
ficium. ff. de pact. distinguit inter rei vendicationem et hypothe-
cariam. sic in simili distinguit glos. in pignore dato meretrici. in. c.
qui venatoribus. in gl. fin. lxxxvj. distinctio. Tene quod vtrunq3
competat: vt per Bar. Ang. ⁊ Alex. hic. ¶ Gl. in verbo dicim[9].
Primo allegat concordantes ad text. In secunda ibi: sed apud
accipientem, gl. ponit vnum dictum per quod remouet tacitum
contrarium. In tertia ibi: sed quid si dedi, gl. format. questionem
7 quā clare non decidit: sed vult dicere in fine † quod quādo in ali-
qua materia concurrūt due cause: vna que nocet: alia que pdest:
attendi debet illa que nocet: ad hoc glo. allegat tex. in. l. iij. §. fi. ff.
si quis omissa cau. debet allegare in titu. sequenti ff. ad sil. in con-
trarium quod attendatur causa que prodest alleg. l. nō intelligi-
tur. §. si quis palam. ff. de iure fisci. aliud non determinat. Tu cō-
corda illos text. vt per Barto. in. d. l. iij. §. fin. et quod attendatur
causa que nocet. facit text. in. l. ij. §. si a pupillo. ff. de vsucapio. pro
empto. ⁊ in. l. cum pater. §. meuio. ff. de lega. ij. Istam opinionem
tenet simpliciter Bal. hic per. l. si non lex eliescentia. in princip.
ff. de here. instit. Tu confirma, quia quando concurrunt due cau
se: vna prohibitiua: alia permissiua: attenditur prohibitiua. l. iij.
in princi. vbi notat Bal. si de suspec. tuto. Bar. et alij in. l. si rufi-
nus. per illum text. C. de testamen. mili. Et in pulchra decisione
Bal. in. l. si quis decurio. ante finem. C. de falsis. Breuiter Bar.
et communiter alij concludūt, quod repetitur pro dimidia quasi
data sit dimidia pro vna causa: ⁊ alia dimidia pro alia causa. Et
si est indiuidua repetitur pars estimationis. l. cū filius. in prin. ff.
de lega. ij. Et istam opi tenet ipsemet Beld. in. l. j. C. eo. Adde qđ
ista questio fuit disputata bononie per Marti. sili. ⁊ Pet. de cer-
tis aduocatos Bononienses vt refert Io. an. in regula in pari.
in mercuria. ⁊ est glo. in. c. j. in fi. de fratribus de no. benefi. inuesti.
¶ Vltimo inquantū glo. hic dicit obligationem eque esse indiui
duam reprehenditur ⁊ bene p bar. ⁊ alios hic, licet Bald. in. l. j. C.
eodem saluet in obligatione equi in genere que est indiuidua. l. ij.
§. j. ff. de ver. obli. ⁊ male cū gl. loquat facta traditione equi: ⁊ sic
loquitur in specie.

1 ☞ An meretrix possit licite retinere, testari, decimā soluere, et eleemosynam facere.
2 Et an sibi possit interdici bonis.
3 Et an possit succedere ex testamento vel ab intestato.
4 Quid in alia nō meretrice, an datum repetatur.
5 An teneat promissio facta meretrici. ⁊ econtra. 6.

SED ET QĐ MERETRICI. Meretrix turpiter
facit qđ est meretrix
sed nō turpiter facit accipiendo postq̄ est meretrix: ergo turpitu
do antecedens nō infert turpitudinē ɔsequentis. h. d. fm Bald.
¶ Not. qđ meretrix acipiēdo pecuniā nō turpiter facit, ⁊ ex hoc
dicunt Cy. ⁊ Bal. in. l. fi. C. eodem Bald. Ang. et Pau. de ca. hic:
1 † qđ meretrix de suo questu[d] licite ⁊ iuste eleemosynam facit, ⁊ de-
d cimam soluit, ⁊ potest testari:[e] ⁊ qđ meretrix potest eleemosynam
e facere, ⁊ decimam soluere, est gl. ordi. que disputat, ⁊ ita cōcludit
in. c. ex transmissa. de deci. qđ autē possit testari. Adde Bal. q per
istum tex. idem tenet in. l. j. C. eo. ⁊ quod hereditas non auferatur
heredibus per fiscū vel ecclesiā tanq̄ turpe lucrum: ⁊ de hoc di
cit se fuisse interogatum neapoli a quodā episcopo. Idem tenet
Cy. in. l. mercalem. C. eo. et Bald. vbi plenius disputat in. c. cum
decorem

2 decorẽ.de vita ⁊ honesta cleri.ibi tamen subdit notabiliter,† q̄ si consanguinei meretricis volunt quod nō possit contrahere nec testari,debēt facere q̄ sibi interdicatur bonis per iudicem suum
3 iuxta tex.solennem.in.l.mulier.vbi gl.ff.de cura.furiosi.† Adde q̄ eodem modo ecōtra meretrix succedit ex testamento,⁊ etiam ab intestato si sit proximior.ita not.Ange.in.§.j.per illū text.in verbo a quodam cognato.in aut.qui.mod.natu.effi.legi.vbi dicit esse text.expressum.de hoc limita istum.§.fm Pau.de ca.hic nō procedere in alia muliere que nō esset meretrix:nam lz dans nō repetat,repetit tñ ⁊ aufert fiscus.l. lucius. ff. de iure fisci.l.in
4 heredem.in princi.ff.de calumnia.glo.in.l.iij.s.eo.† Adde tu q̄ istud multū no.⁊ extollit Ange.i.l.ij.C.eo.Cōtra mulieres habētes amasios a quibus extorquent iocalia in auro ⁊ argento.nā de eis non possunt testari nec i effectu disponere:quia fiscus aufert. Adde gl.in.l.eam que.⁊ ibi Cy.C.de donatio.ante nup.¶ Glo. in verbo non potest.Diuiditur in duas partes.Primo allegat concordantes ad tex.In secunda ibi:sed quid si dedi:format questionem in fin.glo.Adde q̄ cum glo.tenent Fulgo.⁊ Alexan.hic. Contrarium tenent Guil.de cu.⁊ Albe.Ange.⁊ Imo.in.l.generaliter.ff.de verbo.obli.q̄r cēsetur causa pietatis datum:ergo repeti nō potest.l.cum ils.§.si in ea.j.titu.j.et ista est humanior opi. ¶ Gl.in verbo noua ratione.diuiditur in tres partes.In prima declarat tex.⁊ simul opponit de.l.verum.la.ij.ff.de fur.vbi attenditur prima causa,⁊ non secundaria.hic in tex.dicitur totum oppositū:responde melius q̄ gl.q̄ ideo ibi attēditur prima causa, quia per eam excusat a delicto,sic etiam hic attenditur proxima: quia sic per eam excusatur a repetitione.In secūda ibi:est etiā alius casus,glo.ponit vnū dictum,⁊ addit simile ad tex.In tertia ibi: sed an poterit,gl.format q̄ōnem.In fi. gl.adde q̄ idem tenet gl. in.l.ij.C.eo.⁊ glossa i l.affectionis ff. de donatio.Contrarium tenent vltramōtani ⁊ cum eis Cy.⁊ Sali.i.l.ij.C.eo.Bar.⁊ Alex. hic.Barto.in.d.l.affectionis.⁊ plenius Alex.in.l.generaliter.ff.
5 de verbo.obliga.† quia cum meretrix non turpiter recipiat pecuniam datam vt hic:ergo nec promissionem:q̄r paria sunt promittere vel soluere.l.fi.C.ad.l.falsi.Item quia speciale est hoc in milite ⁊ minore:vt not.in.d.l.affectionis.idem tenet Paul.de ca.in.l. multum.ff.de verbo.obliga.per illum text.qui bene facit:quem etiaz ibi ad hoc pōderat Rapha.co.vbi an valeat stipulatio magis attenditur persona stipulantis,quā promittentis:sed hic meretrix que stipulatur,non turpiter facit vt hoc text.passus iste est disputabilis,⁊ facile posset vtraq̄z pars teneri:sed opinio.gl.nostrarum tenuit Bal.hic:qu a inspecta veritate coniuncta est turpitudo vtriusq̄z.Idem tenet Ange.hic:⁊ dicit quod ista opinio est tutior ⁊ honestior.Et illam questionem vidi de facto hic Padue in quodam scolare ⁊ meretrice.per illud quod fortiter vult Barto.⁊ stringit in.l.j.circa fi.s.eo.inquantum tenet quod etiaz si sit turpitudo solius promittentis,possit pignus datū pro promissione repeti.Item illo casu potest peti vt cogatur facere liberationem:⁊ per hoc fundamentum idem tenet Pau.de cast.hic. Eādem opinionem tenet Imo.in.d.l.affectionis.⁊ in.d.l.generaliter,precipue per tex.in.l.fi.ad finem.ff.de actio.⁊ obli.quāuis
6 Bar.hic respondeat ⁊ loquatur econtra,† quando mulier promittit viro:q̄r tunc presumitur causa libidinis,tamen ratiōe correlationis debet intelligi idem in vtroq̄z l.fi.⁊ ibi Barto.C.de indi. vidui.tollē.cum multis que ibi cumulaui. Et dicit Bald.i.c.j. i.l.colū.ad fin.de pac.q̄.d.§.fina.est melior tex.qui sit i iure, quod turpitudo promissionis presumitur ex qualitate personarum. Eandem opin.quā hic tenet gl.in.l.ea que.⁊ ibi est bonus text.C. de dona.ante nupt.Et ista scd̄a pars placet quamuis precedens possit defendi.

1 ¶ Nemo tenet̄ indicare furem vel alium malefactorē.nu.1.⁊.6.
2 Quando quis dicatur indicasse.
3 Non est licitum malefactori capere preciū,pro indicādo seipsum vel socios.
Non est licitum aliquid petere pro re inuenta.2.
4 An socius criminis,teneatur indicare socios.
4 Mulier an admittatur in criminalibus.
5 Quando quis accipit pecuniam vt faciat illud ad quod tenetur turpiter accipit.
6 An de iure nature quis teneat̄ indicare malefactorem.

Si tibi ob indiciū.

Datū p malefactore indicādo nō repetitur:nisi recipiēs sit ipse malefactor.vel socius criminis.Datum vero pro malefactore vel maleficio occultando bn̄ repetitur.h.d.cū.l.seq.
1 ¶ † Nota primo ex hoc text.q̄ quis non tenetur indicare furem vel alium malefactorē.Adde Bal.in.l.j.C.eo.glo.⁊ doc.in.l.ciuile est.C.de fur.not.Hosti.in sum.tit.de fur.in rubricella.de condi. furti.§.fi.versi.illud sciendū.cum versi.seq.adde pro ampliatiōe huius text.⁊ istius regule,q̄ etiam licitum est vēditori rei aliene aliquid accipere a dn̄o,vt sibi iudicet rem fm Abb.post Hostiē. in.c.dudum.el.ij.in.vj.colum.de electio.Limita quatuor modis. Primo istud notabile procedit de iure ciuili:secus est de iure canonico.ita glo.in.c.qui cum fure.de fur.et gloss.j.questio.j.in.c.q̄ quidam dicunt.§.ex his.in verb.furti.⁊ ibi Archi.facit text. in.c. in sancto.ij.q.vij.⁊ in.c.ij.§.j.versi.clericos.de rebus eccle.nō alie. in sexto.Secundo limita in foro conscientie,seu quo ad penitentiam glo.in.c.nemo.in glo.ij.de simonia.Tertio limita quod non tenetur quis indicare,verum est priuato:nec etiā iudici ad instātiam priuati:ita loquitur text.hic,sed bene tenetur indicare iudici ex officio inquirenti:vt in gloss.hic:et plenius per Bald.ponit Cyn.in.l ij.C.de his qui ad eccle.confu.Quarto limita in subditis qui in criminalibus enormibus non solum tenentur indicare, imo puniuntur si non indicant.l.vtrum.cum glos.⁊.l.sequenti.ff. ad.l.pompe.de parri.hinc dixit Bar.in.d.l.vtrum.circa fin.quod scientes proditionem contra ciuitatem vel principem ⁊ non reuelantes,puniuntur.et idem Bartol.in.l.j.§.occisorum.ff.ad silei. Caue tamen quia Ioan.de ana.in rubrica.de his qui filios occi. in vlti.colū.dicit,quod licet opinio Bart.fecerit multos in Italia decapitari.tamen contra istam opin.Barto.et contra assessores qui eam obseruant q̄ sint homicide,multum exclamat Bald.in consil.incipien.In dei nomine q̄q̄ multum eleganter:vt ibi per
2 eum.¶ † Quando autem quis dicatur indicasse habes tex.⁊ gl. in.l.indicasse.ff.de verbo.signi.ponit notabiliter Barto.quem vi deas in.l.lex cornelia.§.fi.ff.de iniur.¶ Secundo not.ex hoc text. quod quis potest licite mercedem accipere pro indicādo fure vel
a malefactore:adde secus esse,si quis inuenerit[a] rem alterius, nam non potest licite petere q̄ aliquid sibi detur pro inuentione,text. est in.l.falsus.§.qui alienum.ver.quid ergo si precium.⁊ ibi Bar. ff.de fur.Guil.⁊ Alb.hic dicit quod est multum notādum:q̄r q̄ō sepe occurrit,pro labore tamē inueniēdi furtum bene licitum est premium accipere.argumen.l.nauis onuste.§.sed si nauis.ff.ad.l. rhodi.de iactu.fm Albe.hic.et Barto.in.d.§.qui alienum.in fin.
3 ¶ † Tertio not.in ver.sed si ipse fur.q̄ non est licituz malefactori capere precium pro indicando seipsum vel socios. Et sic not. q̄ criminosus vel particeps criminis non meret̄ precium pro indicatione sua vel sociorū.Et ad hoc iste tex.est sing.fm Ange.hic et istum text.multum no.Bar.⁊ alij pro quodam fornarolo,qui licite fuit suspēsus,eo q̄ facto proclamate se ⁊ socios indicauit:q̄r in tali proclamate assignante premiū,intelligit̄ de alijs qui nō sunt criminosi vel socij:nisi etiā de eis expresse diceretur.Adde Bar. per istum tex.in.l.iij.§.si ex stipulatu.ff.ad sille.Bald.in.l.j.C.eo.⁊ Sali.in.l.pe.C.eo.⁊ in.l.j.per illum tex.cū glo.C.de mulie.que pro pri.ser.se immis.Ioā.an.in addi.Spe.in tit.de furtis.circa princi.
4 † Nunquid autē socius criminis teneat̄ indicare socios:et possit
b de eis interrogari:facit regula,q̄ socius criminis[b] nō admittitur in testem:nec pro,nec cōtra socios.l.qm̄ liberi.⁊ ibi doc.C.de testi. l.fi.C.de accu.c.veniens.⁊ ibi gl.de testi.c.j.⁊ ibi ponunt canoniste de confes.Spe.in ti.de teste.§.j.ver.item q̄ est socius criminis. et ver.se.bar.in.l.j.§.si seruus.⁊ in.l.repe.§.j.vbi no.limitat.ff.de q̄ō. Bal.in.l.non ideo minus.in pe.col.C.de accu.Ang.in.l.mea qui dem.in.viij.colū.eo.tit.Fallit in criminibus grauibus,puta lese maiestatis,falsificationis monete,⁊ alijs quos enumerat gl.in.d. l.fin.ad fi.in gl.vlti.C.de accu.⁊ gl.in.d.c.j.in glo.ij.de confessis.et not.diligenter,quādo socius criminis examinatur cōtra alios in casibus non exceptuatis,nedum nō probat:imo nō facit indiciū sufficiens ad torturam,glo.est no.in.l.si filium.in glo.mag.in fi.C. de libe.causa.Cy.in.d.l.fi.in vlti.q.post gl.ibi.⁊ ibi latius Sali.in vlti.colū.Anto.de but.⁊ Imo.in.c.j.de confes.Fulgo.in cōsi.xxj. incipien.in causa inquisitionis formate.Alex.in cōsi.lxxxix.li.iij. inci.viso themate ante scripto inquisitionis.⁊ in cōsi.cxxvj.li.iiij. inci.qm̄ abunde.circa finem.Ultra fallentias.s.remissiue positas adde duas notabiles.Prima est,vbicūq̄z ciuiliter agit̄ ad interesse de crimine,ibi semper admittitur socius criminis in testē:ita Spec.in ti.de teste.§.j.versi.item q̄ est socius criminis.⁊ in versi. quid si quatuor.probat tex.in.c.qm̄.⁊ ibi Panor.de testi.d.Fran. de are.in cōsi.lxj.inci.in causa illorum de masio.Secundo qn̄ crimen per alios probari non pōt:ita probat text.no.in.c.fi.de testi. cogen.fm do.Anto.de bu.⁊ alios in.d.c.qm̄.de testi.Bald.in.d.l. quoniam liberi.Fran.de are.in dicto consil.lx.in fin.not. in simili Panor.in.c.de cetero.de testi.Istam limitationem confirmo per
c duo bona similia.Primo,nā in criminalib[9][c] femina tamē admit
4 titur in testem.c.forus.de verbo.sig.xxxij.q.v.c.mulierem.† fallit in subsidium qn̄ per masculos probari non pōt crimen.ita Io.an. in addi.Spe.in.d.tit.de teste.§.j.in addi.que incip.fertur.Iac.de are.quem simpliciter sequitur do.Alexā.in consi.clxvj.als.xxiiij. lib.ij.incipien.animaduersis.in.iiij.col.⁊ in consi.lxiiij.incip.viso themate ⁊ dubijs.lib.j.Secundo cōfirmo,q̄r minor viginti annis in criminalibus non admittitur in testē.l.in testimoniū.⁊.l.inuiti. vbi gl.in fi.ff.de testi.iiij.q.iij.c.testes.ver.in testimonium.⁊ tamen in defectum probationū admittit̄:ita Io.an.in preallegato.titu.

a ¶ Inuenerit. adde docto.in.c.dudum.el.ij.de elec.

b ¶ Criminis. Adde Ang.in.l.si duo rei.in pn̄.ff.de cau. Flo.i.l.nullus.ff.de test. ant.de bu.⁊ Ab.i.c.insuper.de testi.

c ¶ Criminalib[9]. Adde doc.i.c.literas.de testi. spo.hosti.in sum.tit.de teste.i.§.qs possit esse testis.

de test.§.j.super ver.item excipitur qd est impubes.post Guido. de suzaria per eum relatuz ⁊ not.Alexā.declarat quomodo istud intelligendum sit in preallega.consi.lxiij. post Anto.de but. in.c. tertio loco.per glo.ibi.de proba.Quarto ⁊ vltimo pondera istum versic.sed si ipse fur,quod hic est aduersatiua sine copula: ⁊ tñ importat idē ius qd in precedenti qd videtur cōtra cōem regulā: de qua per Barto.in.l.hoc amplius.§.de his autē.cū similibus.ff.de dāno infecto.¶ Si.in verbo repeti.diuide in sex partes. Primo respondet tacite questioni distinguendo, ⁊ eius distinctio procedit tenendo opin.glossarū:quod contractus innoiati cognoscuntur a modo ineundi.de quo dixi in.l.si quis cū debitore.§.de iure
5 iurando.† In secunda parte glossa infert ex text.et ponit notabilem regulā que est,quod quādo aliquis accipit pecuniā vt faciat illud qd gratis facere tenetur,turpiter accipit:⁊ ad hoc ista gl.est singu.fm Bald.in.c.super eo.de transact.vide tamen glos.in.j.de benefi.fratris.Itē vide quod per hanc glos.determinat Barto.⁊ Bald.in.l.vt vim in vlti.colū.⁊ ibi dixi.ff.de iusti.⁊ iur.post gloss. in.c.quā te.de senten.excō.Itē vide quod per istaz regulam dicit Barto.in.l.j.in princip.ff.de fal.dixi in.l.j.§.eodē. In tertia parte que incipit ibi:sed contra videtur,gloss.opponit contra text.de.§. itē si dederit.§.ea.l.ad quē vltra.responde quod datū non potest repeti ab ipso malefactore vt ibi:sed bene a dño.vt hic.In quarta ibi:licet autē,glo.remouet contrariū,et ex ea nota,quod ex officio iudicis inquirentis cogitur quis deferre criminosos:et sic eā allegat Bald.in.l.si ea.in secunda oppositione.C.qui accusa.non possunt.et ibi limitat istam glos.procedere in teste:secus in accusatore:vt ibi per euz.In quinta ibi:illud dicere non audeo glos.dubi
9 tat:an de iure naturali quis teneatur iudicare malefactorē:⁊ vltra glos.dubiū facit ꝙ dixi.§.in primo notabili in prima fallentia, atteto qd ius naturale ⁊ diuinū equiparant.c.ius naturale.j.dist. dicit tñ Ange.hic,qd non indicare non est peccatū:⁊ refert beatū Franciscū dū esset perusij:⁊ insequentes homicidā eū interrogassent:an illac transisset ponēs manū in manicā dixit,hac nō transiuisse.In sexta ibi:patet ex predictis ponit illationē.¶ In gl.parua in ver.condicere.dū restringit text.si est consumpta:dic melius etiā si extat odio furis.§.sic itaq.insti.de actio.hoc est qd proprie vult dicere tex.ibi:quasi furi.



Perpetuo. Datum ex iniusta causa repetitur hoc primo,⁊ pecunia violēter soluta ex promissione etiaz violenta,repetitur.hoc dicit in.l.sequen.fm glos.et doct.vel tu intellige vt dixi in rubrica.s.eo.

1 ☞ Solutio spontanea purgat metuz ⁊ turpitudinē. nu.3.
2 An si papa coronetur voluntarie, purget electionē meticulosaz, et quid econtra.
4 Si officialis intulit mihi metū,semper presumitur durare.
5 Confessio facta in tormentis non dicitur sponte ratificata.idem in suspicione tormentorū.nu.6.
6 Quid in matrimonio,qñ dicatur purgatus metus.
8 Ex breuitate temporis presumitur datum mandatum ad homicidium.
9 Quando valeat promissio ex turpi causa.
10 In pari causa turpitudinis,melior est cōdictio prohibentis.



legata,nō detracta falcidia,ſoluit intuitu pietatis:vt adimpleat
voluntatem teſtatoꝛis,tunc nō dicitur plus debito ſoluiſſe.Ter
tio reſpōde,q̄ illa lex prima loquitur de iure.C.quo iure,teſtatoꝛ
nō poterat reprobare falcidiā.aut.ſed cum teſtatoꝛ.Ego ad fun
damentum Bar.d.l.j.ad leg.falci.do ſolennem reſponſionē:⁊ di
co,q̄ quando heres ſoluit integra legata nō detracta falcidia,di
citur donare:caſus eſt de hoc in.l.ſi legatus.§.fina.in verſi.dona
tus.⁊ ibi ad hoc ponderat Roma.ff.ad treb.ſi dicitur donari:er
go nullo modo debetur legatarijs:ergo retoꝛquetur fundamētū
Barto.contra ipſum.Pro hoc teneo primā reſponſionē,verum
eſt per fictionem:attenta pietate:tamen re vera donatur:tamen
Alex.in.l.ſi legatus.dicit q̄ ille tex.loquitur impropꝛie.Secūdo
pro cōmuni ⁊ citramontanoꝛū ſtringit tex.quē ſibi aſcribit Alex.
ſed eſt Roma.hic.ſ.in.iij.col.in.l.ſi.C.ad le.fal.vbi ex nuda pmiſ
ſione facta per heredē de ſoluēdis legatis,poteſt heres cōueniri.
et ſic ibi eſt duplex naturalis,nam ſi prius nō deberetur non poſ
ſet heres cōueniri ex nuda promiſſione.Tenendo cū vltramōta
nis reſponde primo q̄ tex.in.d.l.ſi.nō loquitur de nuda pmiſſio
ne:ſed de cautione,q̄ verbū cautio.intelligitur cum ſtipulatiōe
l.ſancimꝰ.⁊ ibi gl.C.de ver.ſig.Scd̄o rn̄de,dato ꝙ tex.loquat̄ de
nuda promiſſione adhuc non ob.argu.nam ideo ibi heres ex nu
da promiſſiōe cōuenitur:qꝛ ſi eſt fomentata a lege quo caſu pro
ducit actionē.l.legitima.C.d pac.Quarto moueoꝛ,ſi quarta eſſet
indebita omni iure,ſequeretur ꝙ quocūqʒ erroꝛe ſoluta poſſet re
peti,tn̄ habeo q̄ quarta ſoluta per erroꝛē iuris,nō repetit̄:ergo
erat debita aliquo iure.Et lʒ Alex.nō reſpōdeat:rn̄de ſm Imo.
⁊ Comē.in.d.l.j.ff.ad.l.fal.Ro.hic,q̄ quarta ſi ſoluatur erroꝛe iu
ris:ideo nō repetit̄,nō qꝛ debet̄ naturaliter,ſed qꝛ ſoluēs tractat
de lucro,⁊ in lucris iuris ignoꝛātia nocet:tn̄ iſta reſpōſio eſſet du
bia:qꝛ ex quo falcidia reſecat ipſo iure,perdere illud eſt tractare
de dāno:reſpōde q̄ ideo eſt q̄ heres qui ſoluit nō repetit:qꝛ na
turaliter debet̄:ſʒ qꝛ ſoluit erroꝛe iuris,⁊ ille erroꝛ cauſat̄ a pieta
te.quo caſu ceſſat repetitio.l.cū is.§.ſi in ea.j.eo.q̄ autē cauſetur
a pietate,eſt text.in.l.ſi ſponſus.§.fin.ff.de dona.inter vi.⁊ vxo.
20 †Quid aūt eſſet in quarta trebellianica que pōt detrahi per he
redē fideicōmiſſario:nūquid debeatur naturaliter:dic vt p Bar.
qui alleg.l.ſi creditoꝛē.de his q̄ in frau.cre.reſpōde ad illū tex.q̄
per hoc q̄ nō dicatur fraudare creditoꝛes:nō tamen per hoc nō
dicit̄,ꝙ ſibi nō ſit debita naturaliter,habes in tex.in.l.ſi ſponſus.
21 §.fi.ſ.allega.¶ †In ea.ibi.vt.j.eo.l.iulianus.habes ex gl.quartā
cōcluſionē diſputabilē.ꝙ ſi verus debitoꝛ ſit abſolutus per ſen
tentiā iudicis,remanet debitoꝛ naturaliter Bart.tangit melius
quā hic in.l.iulianus.in.ij.colū.j.e.Pondera tu prouecte,inquā
tum Bar.vtitur vno fundamēto cui inſiſtit q̄ tollat̄ ciuilis,pro
bat Bar.per ſententiā cōdemnatoꝛiā inducit̄ ciuilis obligatio.l.
ij.§.idē ſcribit.de pec.ita per ſententiā abſolutoꝛiā dʒ tolli ciui
lis,arguēdo a pari effectu:vt arguit iuriſcōſul.in.l.ſciendū.§.na
turalis.de ſol.Sed arguo cōtra Bart.ſententia condēnatoꝛia nō
ſolum producit ciuilē ſed etiā naturalē:ita Bar.in.l.iulianus ve
rum debitoꝛē.j.eo.ergo ſicut ſententia obligatoꝛia pducit ⁊ ciui
lem et naturalem,ſic ⁊ abſolutoꝛia debet tollere ⁊ ciuileʒ ⁊ natu
ralem,arguēdo a pari effectu:defendendo ſentētiā cōmunē reſpō
deo ad iſtud obiectū.Primo q̄ opi.Bar.in.l.iulianus verū de
bitoꝛē:non ſit vera q̄ per obligatoꝛiā oꝛiatur naturalis.Reſpō
de ergo ſcd̄o modo:ſentētia condēnatoꝛia producit ciuilem et na
turalem obligationē fateoꝛ:ſed naturalis que oꝛitur ex ſententia
condēnatoꝛia non oꝛitur ex cōſenſu partiū.l.nec ab eo.C.qūo ⁊ qn̄
iu.ſed oꝛitur ex equitate vt magiſtratibus pareamꝰ:cū ergo oꝛia
tur ex alia materia,nō poteſt tollere naturalem qua tenebat̄ debi
toꝛ.l.an inutilis.ff.d accepti.⁊ ſic habes expedita quatuoꝛ exēpla
22 gl.¶ Ultra gl.ſm Bart.pone duo alia exēpla vt hic per eū†.Ex
prima ⁊.ij.parte gl.no.q̄ illud q̄ eſt omnino indebitū,vel eſt in
debitū naturaliter:quocūqʒ erroꝛe ſoluatur ſemp poteſt repeti ⁊
in hoc bene dicit iſta glo.Itē in eo q̄ dicit Bar.de ſentētia cōdē
natoꝛia a qua nō eſt appellatū q̄ illd debitū ciuile habet effectū
naturalis debiti,videbitis poſt Bar.in.l.iulianus verū.j.eodeʒ.
Adde etiā alios caſus quos enumerat gl.magiſtra.in.l.elegāter.
§.fi.⁊ ibi Bar.j.eo.gl.in.l.j.C.eo.⁊ in.§.is quoqʒ.inſti.qui.mo.re
23 contrahi.obli.⁊ in.§.itē is cui.inſti.de obli.ex quaſi cōtra.¶ †Ex
vltima parte glo.no.duo.primū,q̄ illud q̄ eſt naturaliter tantū
debitū,nunꝙ repetitur:niſi quando ſoluitur per erroꝛē facti pro
babilem,cū iſta cōcluſiōe tenent Bar.Ang.Sali.⁊ Moder.hic,
Ang.Fulg.⁊ Pau.de ca.in.l.iulianus.j.eo.Iac.bu.⁊ Sali.in.d.
l.cum quis.do.Anto.⁊ Imo.in.c.fi.de ſolu.et iſta eſt vera,quāuis
ſubtiles Ultramontani Cy.⁊ Bal.in.d.l.cū quis.teneant cōtra
rium,ex precipue ratione:qꝛ naturalis ſolū eſt potens ad compen
ſandum.l.etiā.ff.de compen.ergo etiam debet eſſe potens ad reti
nendum:⁊ fuit argu.glo.oꝛdi.in.l.cum is.§.j.j.eo.vbi Bar.reſpō
det,q̄ cōtra repetentē nulla exceptio poteſt opponi,⁊ ſpoliatus
ante omnia ſit reſtituendus.l.ſi quis a ſe fundum.C.ad leg.iul.de
vi pub.⁊ ita etiam reſpōdet Bar.hic in vlti.col.⁊ Bald.intelli
ge tamen ſane,q̄ obligatio naturalis ſit potens ad compenſan
dum quādo eſt naturalis que ſemper fuit ſola:ita q̄ ex ea nō po
teſt agi:nec habere locuʒ exceptio:ſecus ſi eſſet naturalis ex qua
poſſet agi:quia ſemel fuiſſet iuncta cum ciuili:tunc nō eſt potens
ad compenſandū,per regulam.l.quēcūqʒ.ff.de compen.ita in ſpe
cie Bart.in.l.procuratoꝛ ad exhibendum.§.j.ff.rem ra.habe.⁊ in
l.ſi pene.in prin.⁊ in.l.qui inuicem.in fi.j.eo.Secundo mouentur
ſubtiles vltramonta.qꝛ ſpeciale eſt in minoꝛe ⁊ in muliere.l.quan
uis.§.interdū.ff.ad velle.ergo in alijs in contrariū ius cōmune:ſʒ
reſponde.ꝙ ſpeciale eſt in minoꝛe ⁊ muliere,vt etiam ſolutum er
roꝛe iuris repeti poſſit:ſed quando erroꝛe facti probabili,nullum
24 eſt ſpeciale.†Secundo no.ex hac.gl.q̄ obligatio naturalis tan
tum impedit repetitionē:⁊ ſic potentioꝛ eſt quāʒ ciuilis ſola,que
nunꝙ impedit repetitionē.Sed in contrariū foꝛtiter videtur fa
cere.qꝛ ciuilis ſola producit actionē ſaltem in aliquibus caſibus
vt declarat Bar.hic:in.iiij.col.Naturalis vero ſola nunꝙ produ
cit actionem.l.iuriſgentium.§.igitur nuda.ff.de pact.ergo debe
ret eſſe totū contrariū eius quod dicit glo.quia cui damus actio
nem,multomagis exceptionē.l.j.§.q̄ autem.ff.de ſuperfi.⁊ in re
gula cui damus.ff.de regu.iur.Huic difficultati reſpondet ſolus
Bal.hic,q̄ cum in cōdictione indebi.magis pōderetur equitas
naturalis,quā rigoꝛ iuris.l.indebiti.in prin.j.eo.ergo potentius
operatur obligatio naturalis que ex equitate deſcendit ad impe
diendū condictionē indebiti,quā operetur obligatio ciuilis que
eſt de rigoꝛe iuris.inſti.de obli.in prin.tu potes ſubtilius reſpon
dere,q̄ dicta regula procedit quantum ad dandum exceptionē:
ſed non quātum ad compenſationem vel retentionem:vbi eſt to
tum ecōtra:quia naturalis que eſt potens ad agendum,non eſt
potens ad compenſandum:alia vero debilioꝛ ſit vt dixi in prece
denti cōcluſione glo.¶ Ultra glo.adde quartam ſpeciem indebi
ti,quādo obſtat exceptio:⁊ iſta ſubdiuiditur in quatuoꝛ ſpecies.
Nā aut obſtat exceptio perpetua,aut tempoꝛalis ⁊ ſic dilatoꝛia:
aut exceptio dubia:aut ⁊ quarto exceptio inducta ad rigoꝛeʒ iu
ris que non reſpicit obligationem vel actionem:ſed cōueniendi
modū,vt exceptio foꝛi vel pendētie litis.Et iſtas quatuoꝛ ſpecies
proſequitur glo.in.d.l.cum quis.in gl.ij.⁊ ibi Bart.⁊ alij vbi di
citur.¶ Glo.ſi.diuiditur in quatuoꝛ partes.In.j.alleg.tres con
coꝛ.ad tex.⁊ dn̄ alleg.l.eum qui in princ.debet allegare in.§.j.In
ij.p viā fallentie remouet vnum cōtrarium.In.iij.querit ⁊ ſoluit.
In.iiij.opponit ⁊ ſe remittit.ſecūda ibi:⁊ hoc niſi ſit pubes.ter
tia ibi:ſed quid ſi animo titubanti.quarta ibi:item cōtra.j.de eui
25 ctio.¶ †Ex tertia parte no.q̄ dubitans ⁊ ignoꝛans equiparan
tur.facit.l.fi.§.ſin autē dubiꝰ.C.de fur.⁊ ibi Bar.no.per hoc extē
dit regulam.l.mater decedens.in prin.ff.de inoffi.teſta.Ad idem
eſt bonus tex.in.l.ij.in princi.ff.quis oꝛdo in bo.poſ.ſer.⁊ tex.in.l.
ꝙdiu.vbi moder.ad hoc no.C.qui admit.Bald.in.l.j.in.iij.colū.
C.de fal.cau.adiec.lega.Hinc dixit Bald.in.l.leges ſacratiſſime.

C.de legi.qd ita parcitur dubitāti sicut errāti vel ignorāti:sequit Jo.de ana.in gl.lxxij.inci.Uisis cōsyderatis his que in facti uar ratione.in vlti.col.Hic etiā dicunt Cy.z Bal.in.d.l.fi.q̄ omittēs opponere exceptionē propter dubitationē,potest postea oppone
26 re,sicut si per ignorātiam omisisset.c.pastoralis.de excep.†Adde qd vult gl.nota.in.c.si diligēti.in ver.bonafides.ad fi.de rescript. qd qui habet cōscientiam dubiam,cēsetur bone fidei z nō malefi dei:facit qd no.Bal.in.c.fi.in.iij.colū.de cōsue.z in.c.bone.ij.in.v. col.de postu.prela.q̄ dubius in cōscientia,non intelligitur facere cōtra cōscientiaz,nisi postq̄ monstrata est sibi veritas.sed predi ctam gl.in.d.c.si diligenti.limitat Bar.licet illam nō alleget in.l. naturaliter.in.iij.col.ff.de vsucap.vt procedat quādo a principio fuit bonafides:nā sequēs dubitatio nō officit prescriptioni:secus si a prin.fuisset dubius:tunc nō posset prescribere inferendo per hoc vt ibi per Bar.cum quo tenet Bal.in.d.c.si diligēti.in.ij.co. z in.l.super longi.C.de prescrip.lon.temp.Sed tu vide in hoc vl timo Anto.de but.aliter tenentē in.c.fi.z ibi plenius Jmol.in.ix. q.de prescrip.Sed principalē cōclusio.gl.limitat nisi dubitās po tuisset de facili certiorari:qz habetur perinde ac si esset certus gl. in.l.locis.in ver.mei iuris.ff.de acquiren.pos.per quā ita limitat Bal.in.d.l.fi.in.iij.col.facit tex.in.l.regula.§.sed z facti.in ver.di ligēter inquirendo.ff.de iur.z facti ignoran.z quod pulchre dicit Bald.in.c.j.§.personā.per quos fiat inue.Item et secūdo intelli ge qd licet dubitans z ignorans seu errans equiparentur in effe ctu vt predixi,re vera tamen differunt vt declarat glos.in.l.de ista
27 tu.ff.de testa.z in rub.ff.de iur.z fac.igno.¶†In vlti.parte,gloss. opp.de.l.sed z si exceptio.ff.de euict.vbi emptor cōuentus ad rez emptā,si habet exceptionem z sciēter omittat,hoc non ob.potest habere regressum cōtra venditorē.Respōdetur,qd is qui sciēter fecit,sibi preiudicat in eo qd fecit:sed nō in alio,nec quo ad alias personas.Et ideo nimirū si potest agere contra venditorem,pre sertim qui tractat de lucro.

1 ☞In pacto potest deduci id ad qd quis tenet de iure cōmuni.
2 Soluens sciēter indebitū cum pacto qd repetere possit,repetit.

Si quis sic sol.

Per expressam conuentionem datur condictio indebiti ad repetendum indebite solutum.h.d.dubiū faciebat:qz cōdictio indebiti nō oritur ex cōtractu,sed ex quasi cōtractu extra id qd agitur.§.item is cui.insti.de obli.ex quasi cōtrac.iuncta.l.si is cui.§.fi.ad fi.ff.cōmo.Sed hic fuit cele bratus cōtractus sup restitutione indebiti:ergo videbatur qd cō dictio indebiti locū habere nō posset:ratio autē decidendi est: qz cōdictio indebiti oritur ex quasi cōtractu,iuribus prealleg.quā do nullum negotiū,z sic nullus cōtractus est expresse celebratus sup restitutione indebiti soluti.Sed qn contractus fieret sup hoc bene cōdictio indebiti pōt oriri ex illo Jctu:et istud voluit dicere
1 tex.ibi negotiū enim Jctuz est.¶†No.ex hoc tex.q̄ in pacto po test deduci illud ad qd quis tenetur de iure cōmuni absqz pacto. cōcor.l.si donatarius.in princi.ij.rñso.de cōdi.ob cau.et ibi dixi duos notabiles effectus quos operatur tale pactū:nec obstat si di catur,quod expressio eorum:scilicet pactorū que tacite insunt,ni hil operatur.l.non recte.C.de fideiussori.l.iij.ff.de leg.j.qz respon de verum esse quādo tacitum inest ex necessitate legis:ita propne loquitur.d.l.iij.secus quādo tacitum inest ex presumpta volunta te.l.precibus.C.de impu.z al's substi.declarant Bar.z alij in.d. l.iij.¶Gl.in verbo habebit.diuide in duas partes.In prima de clarat tex.In scda ibi:sed cōtra,glos.opponit contra tex.et bene soluit.¶Circa primā partē gl.cōsydera inquantū dicit habebit etiā per actionē prescri.ver.illa implicatiua etiā,implicat non so lum cōpetere actionē prescrip.ver.sed etiam condictionē indebi. sicut in simili in.l.ij.C.de condi.ob cau.iuncta gl.in.l.j.in princ.ff. de dona.vtrūqz limitat Bar.nisi stipulatio interuenisset,tunc nō oriretur nec actio prescript.ver.nec cōdictio inde.vel ob cau.sed solum actio ex stipulatione,per tex.in.l.si fine.in princi.vbi etiam Bar.ff.rem ra.ha.z ideo subiungit Bar.q̄ in hac.l.nō interuenit stipulatio,sed pactū simplex.Tu autē cōsydera duo,Primo,qd hic pactū nō fuit simplex,imo vestitū coherētia traditionis:ideo actionē producit.l.rebus.alleg.in gl.z.l.quoties.C.de dona.q̄ sub modo.z.l.ea lege.C.de dona.Et circa hoc posses attētare nouā dif ferentiā inter vestimentū coherētia traditionis:z aliud vestimē tum coherentia Jctus:nam pactū appositū iuxta cōtractū nō ve stitur coherētia cōtractus,qn contractus fit pro vno,z pactū ap ponitur in fauorē alterius.gl.est z ibi Bar.z alij in.l.petens.C.de pac.z in.l.iurisgētium.§.quinimo.ff.eo.Bar.in.l.fi.in pe.col.ad fi. ş.de cōdi.ob cau.z tamen pactū,quāuis p alio,videt vestiri cohe rētia traditionis,iuribus preal.Sed dic q̄ Bar.hic nō cōsydera uit pactū simplex:qz non vestitū:sed qz stipulatio non interuene rat:vnde consyderabam si sustinendo Barto.z doct.dici pōt qd in ista.l.primo oriretur actio.sed est actio innominata prescri.ver. subsidiaria,que non facit cessare condictionē indebiti.Aduerte etiā qz posses opponere,qd in ista lege istud pactum nō vestiatu coherētia traditionis:qz traditio in ista.l.fit ex necessitate putat tiua:z regulā habemus,qd qn traditio est necessaria,nō vestitur coherentia traditionis:iuxta glo.z ibi doc.in.l.si intra.ff.de pac. nisi sustinēdo respōdeas,qd illa regula intelligitur de necessitate vera,nō putatiua:z erit pulchra limitatio ad illaz regulā.Secūdo consydera q̄ fm Bar.durior est cōditio stipulātis quā paciscen tis:qz si interuenit stipulatio vna tm̄ oritur actio:sed qn interue nit pactū simplex,oriūtur due:scilicet condictio indebiti:et actio prescrip.ver.vnde videtur resultare absurdū,qd inductū ad pro uisionē z augmentū:operatur diminutionē,contra.l.legata inu tiliter.ff.de adi.lega.cū interfit nostra plures actiones quoqz ha
2 bere.l.cū filius.§.varijs.ff.de leg.ij.¶†Ex secunda parte gl.not. diligenter,qd soluens sciēter indebitum,hoc expresse acto inter eum z recipientē,qd posset repetere,repetit.ratio,quia non presu mitur donare,cum absit alia coniectura vt dixi in.l.j.ş.eodē.imo hic sumus in claris vbi non est opus coniecturis.Idem tenet gl. in.l.qd quis sciens.vbi Pau.de cast.j.eodē.Albe.z Ange.licet ita teneas quāuis cōtrarium teneat Fulgo hic.z ibi:quia durū est.cogita tu:z aliud non allegat:et an si soluens transfert domi nium,dic vt per Barto.in.l.qui sine.in princi.ff.de solu.z in.l.sin
3 gularia.in penulti.colum.ş.si certum peta.¶†Ultimo pondera hic esse tex.pro opini.quam tenui in.l.si procuratori.ff.de condic. ob causam.quod condictio indebiti,et condictio ob causam pos sunt concurrere.

1 ☞Pronuntiato testamento falso,irritantur legata z prestita.
2 Legatum vni factum,diminuitur per alia legata.
3 Legatarij bonefidei quibus est solutū per heredē putatiuuz nō tenentur,nisi quatenus sunt facti locupletiores.
4 Legata an valeant si rescindatur testamentum.

Si quid ex testamento.

Sūma vt per Bart.In tex. ibi,emerserit es alienū,supple qd propter legata minuuntur aut tolluntur,qz nemo potest legare qd non habet:ideo oportet primo satisfacere creditoribus tractātibus de dāno.l.si vniuerse.C.de le gatis:z ideo si heres qui putabat hereditatez esse soluēdo adim pleuit legata integre,poterit legata repetere,vt soluatur credito ribus:hodie vero si heres fecisset inuentarium et soluisset legata non posset a creditoribus conueniri,sed creditores haberent cō
1 uenire legatarios.l.fi.§.licentia.C.de iure delib.¶†Not.ex tex. ibi:in ver.falsum,qd quando testamentum pronuntiatur falsum irritantur legata,nō solū in futurum prestāda,sed etiā prestita. Fallit in libertate relicta,que si sit prestita per legatariū bonafi de nō retractat per hoc q̄ testamētum postea pronūtietur falsuz, tex.est in.l.ij.C.de fideicō.liber.per quem tex.Bal.idem putat in legato ad pias causas qd habuit executionē,vt ibi per eum:licet prima fronte videretur dicendum contrarium,cum nō videatur prima fronte paritas rationis inter legatū libertatis,et ad pias causas:qz libertas irreuocabilis est,quod nō videtur esse in lega
2 to ad pias causas.¶†Not.secundo ex hoc tex.q̄ legatum vni fa ctum diminuitur per legata que postea sunt alijs facta,quando hereditas non est soluendo:concor.§.si quis agens.insti.de actio. Istud notabile intellige in legato quantitatis:secus est in legato speciei,qd nō diminuitur per legata alijs facta,quāuis bona he reditaria omnib' non sufficiant fm Ange.z do.Alex.hic per tex. in.l.querebatur.vbi Ang.z Mod.ff.ad legem fal.cum alijs con cor.de quibus per Alexā.hic.et ibi,quāuis Bal.videatur hic du
3 bitasse.¶†Tertio not.ibi.§.qd bonefidei possessor,q̄ legatarij quibus bonafide sunt soluta legata per heredem putatiuum,nō teneātur nisi quatenus sunt locupletiores.Ideo si bonafide con sumpseram non teneor:quia cōdictio indebiti:competit eatenus quatenus recipiens est locupletior.l.si non sortem.§.libertus.in fi.z.l.in summa.§.in frumēto.j.eo.z si heres putatiu' soluisset de proprio,an tantum posset de hereditate retinere:habes gloss.in
4 l.si quid possessor.ad fi.gl.magne.ff.de peti.here.†Ultimo no.ex l.nec nouum est.tex.no.fm Bar.z omnes hic,quod si aditio here ditatis rescindatur per restitutionē in integrum,quāuis ille dui ret heres de iure ciuili.l.z si fine.§.sed quod papinianus.ff.de mi nori.tamen quia non est heres de iure pretorio legata non valēt: sicut nec per existentiam sui heredis legata non sustinentur.l.j.§. fina.vt in pos.lega.Quod vltimum limita tribus modis vt per Barto.z alios hic:et ad primam limitationez de libertate adde tex.in.l.libertas.z ibi Bal.C.de manumis.testamē.Bal.in.l.quo ties.ij.C.de fidei.

1 ☞An in generali mandato intelligatur qd soluat creditorib'.
2 Si procurator facit id qd habet in mādatis,non est necessaria ra tificatio domini.
3 Clausula notariorum,q̄ dñs habebit ratum gratū z firmū quic quid fuerit gestum a procuratore nil valet.
4 In mādato quātūcūqz gñali,nō cēset q̄ mādatū eē illicitū faciat.

Procurator

15 Procurator nõ potest dominum facere incidere in penam.n.16. ꝛ sequentibus.
19 Minor dum est in minori etate non potest ratificare eius nomine gesta.

SI procurator. Diuide in tres partes fm Bal. Ange. Ful. et Pau.de cas.hic ꝛ summa p Bar.hic: vel potes spetialius diuidere in.viij. In primo loquit qñ pcurator soluit indebitũ. Scdo qñ debitũ. Tertio rationez assignat. Quarto ponit, qñ pcuratori soluit indebitũ. Quinto qñ soluitur debituz. Sexto assignatur pulchra ratio. Septimo ponitur quid de tuto re vel procuratore minoris. Octauo ponitur extẽsio.ij.ibi: qd debitum.iij.ibi: quia cum quis.iiij.ibi: idem labeo.v.ibi: celsus ait. vj.ibi: qd si indebitum.vij.ibi: iulianus ait.viij.ibi: neqꝫ interesse.
1 ¶ †No.j.ex tex.ibi: qꝛ cum quis.qd in generali mandato dato procuratori, intelligitur mandatuz quod soluat creditoribus: intellige sane qñ debitũ est liquidũ ꝛ exigibile: al's secus: puta si esset debitũ naturaliter tantũ.l.si is cui.§.flauius.ff.de solu.quem tex. reputat singula. Bal.in.c.quintauallis.in vlt.col.de iureiurã.no. Bar.in.l.legaui.ff.de libe.leg. ¶ †No.ij.ibi: neqꝫ postea expectã
2 dum.qd qñ procurator facit illud qd habet in mandatis, non requiritur alia ratificatio dñi, ꝛ superfluo peteretur. † Et per hoc
3 inferunt Ang. ꝛ Pau.de ca.hic: qd superflua sunt illa verba que solent apponi per notarios in instru.procuratorũ, quod dñs promisit habere ratum gratũ ꝛ firmũ quicquid fuerit gestũ a procuratore. Et ita dicit gl.in.l.si procuratorem.in glo.parua.in verbo ratum.ff.de procu.quam gl. Ange.hic: ꝛ ibi reputat singu. Sunt tamen qui credebant talem clausulam non esse superfluã: qꝛ per eam videretur cõcedi generalis administratio cum libera: ita videtur tenere Bar.in.l.procurator cũ libera.in pe.q.ff.de procura. expresse Ang.in.d.l.si procuratorem. Pau.de ca.in.l.quã tubero nis.§.sunt quidam.ff.de pecul. Et ideo Ang.in.d.l.si pcuratorẽ. per hoc firmat in specie, qd virtute talis clausule poterit trãsigere ꝛ cõpromittere, licet alias non posset. Veritas est in contrariũ. ita tenent gl. ꝛ doc.in.c.contingit.de transact. ꝛ glo.in.c.cum dilectus.in.gl.j.de relig.do. Ex. Bal. Sali. ꝛ Moder. in.l.si procurator.C.de procura. Semi.in.c.qui ad agendũ.ad fi.de procu.in.vj. Ludo.in.l.qui bona.§.si alieno.ff.de dam.infec. Et ita late firmat ipsemet Bar.in.l.j.in vlti.col.ff.de offi.procu.ces.ad quem locum se remittit Barto.in.d.l.procurator cui libera. Hinc dixit Bal. d.c.contingit.qd per literas de rato non videtur concedi libera: eo qꝛ libera nunq̃ videt concedi nisi expresse sit dictum: per text. quem dicit esse ad hoc meliorem de iure ciuili in.d.l.quã tubero
4 nis.§.alia. ¶ † Tertio no.diligẽter ex tex.ibi qm nihil de hoc nomine exigendo ꝛc.in mãdato quantũcunqꝫ generali: nunq̃ intelligitur mandatũ procuratori qd indebitum recipiat, aut illicitũ faciat. Adde gl.in.c.dilecto.in gl.ij. ꝛ ibi Imo.in.ij.col.no.de prebendis. ¶ Amplia istam regulã vt procedat etiã si talis procurator generalis haberet mandatũ cũ libera.tex.est not.in.l.si pater. ff.de his que in frau.credi.no.doc.hic super gl.j.quam reprobat. Secundo amplia istam regulã etiaz si dñs iurasset in generali procuratorio nõ venire cõtra factum procuratoris. Ita extendit Bal.in.c.j.in.viij.col.vt lite nõ conte. ꝛ ibi rationẽ assignat: quia iuramentũ quod est res spiritualis, debet maxime restringi ad licita ꝛ honesta.glo.in.l.nõ videtur.§.qui iussu.ff.de reg.iu. ꝛ idem per illam gl.dicit Bal.hic.eo qꝛ a generali iuramento illicita exceptuãtur.l.eos.§.j.C.de vsur. Tertio amplia istũ tex.et istam regulam fm Bar.q̃ quemadmodũ in mandato generali non intelligitur mandatum indebitum vel illicitũ vt predixi. Ita etiã nõ intelligitur mandatum illud per quod dñs posset in penam inci
5 dere: ꝛ p hoc dicit Bar.se pluries dixisse in practica. † qd nõ admitteretur pcurator volẽs petere illud de quo dominus fecit cõpromissum cũ pena, ꝛ secutum laudũm: qꝛ sic faceret dñm in penam incidere: per hoc etiã dicit Bar.se practicasse, qd non admittitur pcurator volens pducere vel apponere exceptiones quibus non probatis ex forma statuti incidit in penam: ad istud de pena melius facit tex.in.l.iij.§.si procurator.ff.qd quisqꝫ iur.vbi Bart. idẽ repetit ꝛ late post eũ Alex.tamen Bar.hanc extensionẽ facit qꝛ illicitũ videtur quicquid pena coercetur.l.testamẽto centurio. §.fi.ff.de manu.testa. Adde ad istam regulaz illud quod cõsuluit Bar.in cõsi.qd incip.inter procuratorez dñe bernardine ex vna
6 parte.ꝛc.ad fi.consilij. † vbi consuluit, stante statuto quod nullus procurator producat testes sub certa pena, non valere productionem testiũ factam a procuratore generali cõtra dictum statutum nã in generali mandato non venit aliquid qd sit penale: ergo talis productio que est penalis non valet, vt ibi plenius per eũ. Itẽ adde qd voluit idem Bar.in consi.incip.super questione per vos mihi consulenda transmissa visis omnibus actis ꝛc.ad fi.in generali mandato non venire quod quis opponat exceptiones calumniosas: ꝛ propterea debere principalem a cõtentis in accusatione absolui, cum procuratori non mandauerit expresse: vt opponeret
7 tales exceptiones. † Item adde qd consuluit idẽ Bar.in cõsi.incipiẽ.queritur vtrũ procurator constitutus in absentia: in secundo dubio, non valere acceptationẽ secunde prebende non debite factam per procuratorem generalem: nec per eam preiudicari acceptationi alterius prebẽde prius acceptate, vt ibi per eũ. Per istũ
8 tex. ꝛ predicta dicit Pau.de ca.hic in vl.colũ. † qd alias reuocauit sententiã cuiusdã magni dñi que erat lata contra principalẽ super actione iniuriarũ propter articulos criminosos porrectos a procuratore: nã talis sententia ferri nõ potuit ex quo procurator non
9 habebat speciale mandatum per.d.§.si procurator. † Item per hanc regulam dicit Bal.in.c.nonnulli.ad fi.de rescrip.qd procurator non potest compromittere sine speciali mandato: qꝛ cõpromissum est res penalis et periculosa. † Itẽ per hanc regulam di
10 cit egregie Ange.de are.in.l.ab executore.in.iij.col.et seq. ꝛ in.l. si expressim.in.xxvij.col.ff.de appel.quod ad appellandum ab executione sententie, non sufficit mandatum generale ad lites et causas etiam si dicatur quod possit appellari ab omni sententia diffinitiua vel interlocutoria. sed requiritur in indiuiduo mandatũ specificũ ad appellandũ ab executione: ratio patet ex predictis: quia appellans ꝛ succumbens cadit in penam.l.libr.argenti.l.ab executione.in fi.C.quo.app.nõ reci. ꝛ hoc multum exclamat allegans illo modo: ita tenuisse de facto: et refert ita tenere Ange.in cõsi.suo quod inci.pronũtiata est tenuta vigore instrumẽti loca
11 tionis.qd consi.non reperio. ¶ † Item per istam regulam consuluit Lud.ro.in consi.ccxlj.incip. Spectabiles dñi.in vlt.colũ. qd cum statutũ imponeret certã penam facienti quẽ iniuste carcerari, quod nõ potest procurator absqꝫ speciali mandato facere quez
12 incarcerari, ne ex iniustitia capture dñs incideret in penã. † Item per hanc regulam tenet Lud.ro.consi.cxx.incip.circa primum.in iiij.colum.q̃ cum statutũ vetaret iudicẽ recusari sine iusta causa sub certa pena, nõ potuit procurator allegans causam recusationis sine speciali mãdato admitti, ne alias dominus in penã inci
13 deret. † Item per hanc regulam tenet etiã Semi.in.c.penul. circa fi.de ele.in.vj.q̃ si procurator eligit sciẽter indignuz, dominus non incidet in penam.c.cum in cunctis.ad fi.de elec.nisi ita specia
14 liter ei mãdasset. † Ad istam regulam adde facere illud qd tenet Alexã.in consil.lxxxj.incip.in causa ꝛ lite vertente.in pe.col.lib.j. qd negatio procuratoris non facit principalem suũ grauari contra ius onere probandi: qꝛ est pena: glo.in aut.item si possessor.in
15 ver.maior.C.qui po.in pig.ha. † Item ad hanc regulam adde qd pulchre consuluit Sali.in cõsi.incip.in quesito superius. ꝛ est positum inter consilia Pet.de anch.in consi.ccclx.qd nunq̃ intelligitur comprehendi in mandato generali aliquid per qd ex facto procuratoris dñs posset argui de fide rupta, vel de violatione federum: ex hoc impugnat quasdã reformationes: vt ibi per eum.
16 † Item ad hanc regulam adde illud qd tenet Lap.de castel.allegatione.xxxvij.inci.primo queritur.in.iiij.colum. quem sequitur Semi.in.c.cum qui.circa fi.de preben.in.vj.q̃ ex facto procuratoris, dñs nõ incidit in penã illius capituli: eo quia procurator generaliter datus non censet datus ad illicita, nec ad ea que habẽt
17 dñm pena afficere. ¶ † Istã regulã ita ampliatã limita fꝫ Bar. hic: nisi esset pena q̃ eq̃ cadere posset in pcuratorẽ sicut in dñm: vt in pena cõdemnationis expensarꝫ cõtra temere litigantẽ: vl' ꝯtra mouentem calũniosam litem, cuz ibi in expensis possit pcurator condẽnari: sicut dñs vt per Barto.hic: ꝛ in.l.j.§.si procurator.ad fi.ff.si quis ius di.nõ obtẽp.facit bene qd tenet Panor.in.c.reprehensibilis.ad fi.de appel. ꝛ est tex.in.l.pses.vbi Bart.no.C.de appel. Scdo limitat Bart.hic: qñ procurator facit dñm incidere in penam omittendo: puta, ppter contumaciam: qꝛ censetur ipsius dñi: vt hic per Bar. ꝛ plenius in.d.l.j.§.si procurator.in.j.col.vbi soleo dicere. Consydera qꝛ cõtra istaz fallentiã videt facere. qꝛ pena pecuniaria ita põt cadere in procuratorem sicut in principalẽ: ꝛ tñ ex facto procuratoris nunq̃ incidit dñs in penam pecuniariam: ponũt late Canoni.in.c.j.vt lite nõ ꝯte.qd intelligit Bart. hic, nisi procurator fuisset impeditus casu vel alio iusto impedimento, vt hic per eum: quod vltimum intellige quando per tale impedimentũ succurritur de iure cõi: secus si ex priuilegio persone procuratoris.l.cũ mandato.in prin.ff.de ma.fm Bar.in.l. cuz filius.§.in hac.circa mediuz.ff.de verb.obl. Tertio limita quando dominus erat obligatus nõ solum ad aliquid non faciendum sub pena: sed etiam curandũ ne alius faceret: vt est, qñ creditor gestauit debitorem, ꝛ promisit sub pena nõ petere, quo casu tenetur etiã curare, ne alius petat quez põt prohibere. Isto casu si procuratorem suum non certiorauit ꝛ ipse petat, facit dñm incidere in penam.l.in illa stipulatione per te nõ fieri.vbi Bart. ꝛ expressius Ang. ꝛ imo.ad hoc no.ff.de verbo.ob. ꝛ.d. Alexã.in.l.iij.§. si procurator.ff.qd qsqꝫ iuris. Quarto limita nisi postea dominus ratificet tacite vel expresse: tex.est hic: ꝛ in.l.si procuratori falso. ff. de condi.ob cau.facit tex.in.c.cum quis.de sentẽ.excom.in.vj. ꝛ text.

in.c.fi.in fi.de iureiu.in.vj.gl.in.l.si mater.§.hoc iure.ff.de except. rei iu.⁊ in specie Gemi.in.c.eū qui.de preben.in.vj. Quinto limita, quādo dn̄s sciebat per procuratorem fieri talia illicita seu penalia, ⁊ nō prohibuit.d.c.fi.in fi.d iureiu.in.vj.⁊ in.c.ij.de cōfessis in.vj.iuncta.l.procuratoris.§.j.ff.de tribu.et ita in specie limitat do.Ant.de but.in.c.j.in pe.colum.vt lite non contest.facit simile, nam procurator habens limitatū mandatū, si excedat fines mandati domino sciente, ei preiudicat: ita Joā.and.in.c.cum quis.de senten.excom.in.vj.Anto.de but.in.c.ceterū.ad fi.de iudi.Joā.de imo.in.c.ex parte decani.de rescrip.⁊ in.l.ij.§.voluntate.ff.so.matri.Gemi.in.c.qui ad agendū.de procu.in.vj.Ex his infero sextā limitationē, vt predicta regula procedat quādo procurator facit vel recipit illicitū dn̄o absente: secus si domino presente ⁊ nō prohibente.ar.l.ij.ff.de noxa.in princ.facit qđ decidit Guido de suza, in.l.licet.C.de procu.ꝙ si scio te esse falsum procuratorem, ⁊ quando comparuisti pro me fui presens in iudicio ⁊ tacui: certe preiudicatur mihi: refert Alex.in repetitio.l.sepe.in.lxij.col.ff.de re iudi.Ad idem facit dictū vulgatum Inno.in.c.ex parte decani.de rescri.qđ si scio aliquem tanꝙ procuratorē agere nomine meo: et nō prohibeo, videor mandare: quia patiētia habet vim mandati.l.qui patitur.cum si.ff.manda.de cuius tamē veritate videas Canoni.ibi: quia aliqui reprobāt: ⁊ late do.Alexan.in.d.l.sepe.⁊ no.Bal.in.l.j.ff.de neg.gest.vbi limitat decisionem Imol.procedere quādo dominus sciens est presens in loco, secus si est absens: dato ꝙ sciat. Septimo limita: nam procurator generalis potest facere dominū incidere in penam: promittendo in cōtractu penam que in similibus instrumētis consueta est apponi: q: in mandato generali intelligūtur de mandato omnia que de cōsuetudine solita sunt apponi.l.si pignore.§.fi.⁊.l.solutam.§.fi.cum.l.sequenti.ff.de pigno.actio.et quod procurator habens generale mādatum possit facere omnia que sunt de cōsuetudine: no.in specie Bart.in.l.si procurator.ff.de iure fisci.et quod possit apponere penam solitam apponi: no.in specie Ange.in.l.bene a zenone.per illum tex.C.de quadri.prescri.⁊ in.l.ij.ff.de iurisdi.om.iud.et.in.l.mutus.§.is qui curatorem.ff.de procurato.no.Panor.in.c.ij.in princ.per illum tex.de preca.Roma.in.l.iij.§.si procurator.ff.de iure fisci.et circa hoc multa cumulaui in.l.certi condictio.§.si nūmus.š.si certum peta. Octauo in specie limita istuz tex.dum vult quod procurator generalis non possit soluere nec recipere indebitum, nisi procurator vacaret omni culpa: quia esset tale indebitū quod per quēcunꝙ etiam diligentissimum putaretur debituz, vt in casu.l.ij.§.j.⁊ in.l.iij.š.co.ſʒ Bart.el.hic in duobus locis in.j.colū.et in ij.colum.in fi.qđ an sit verum remitto te ad do.Alexan.in.j.colū.

18 et sequenti.¶ † Ultimo non omitto inquantum Barto.colligit ex isto tex.ꝙ nunꝙ dominus videtur mandare tale quid propter quod incidat in penā: nam istud prima fronte videt inepte colligi ex isto tex.quia tex.non loquitur de pena: sed sustinēdo Bar.responde, qđ quāuis aliquid possit dici illicitum etiam si nō imponatur pena: proprie tamen illud dicitur illicitum, quicquid pena coercetur.l.testamēto centurio.§.fi.ff.de manu.testa.¶ Gl.j.in verb.soluerit.facta est timore contrarij hic formati per Bart.propter quod intelligit istum tex.vt loquatur in procuratore generali habente mandatum cum libera, qui potuit transferre dominium pecunie domini. Iste intellectus non est bonus. Primo quia diuinat: nā quod haberet mādatum cum libera nō apparet in tex. Secūdo ⁊ fortius, q: procura.nō presumitur habere in dubio mādatum cū libera, nisi hoc expresse sit dictuz: vt est tex.l.cul tuberonis.§.alia.ff.de pe.quem dicit esse meliorem de corpore iuris, ad hoc Bal.in.c.cum cōtingat.de transactio. Tertio ⁊ adhuc fortius, dato ꝙ etiam habuisset mādatum generale cū libera: certe in tali mādato etiam cum libera nō venit ꝙ possit soluere indebitum: patet in hoc tex.vbi requiritur ratihabitio, que nō requireretur si posset vigore mandati: vt hac.l.in ver.neqꝫ postea expectandum.vbi dixi fm doct. Iste tex.potest intelligi altero de duobus modis. Primo qđ iste procurator soluit pecuniam suā propriam: ⁊ sic potuit dominium transferre. Uel secūdo si intelligas tex.qđ soluit de pecunia domini, intellige cōsumptione sequuta: vt dixi in.l.rogasti.§.fi.ʒ.si certum peta. Uel et tertio intellige in mixtione pecunie sequuta absqꝫ cōsumptione.l.si alieni nūmi.ff.de solutio.ponit Bart.in.l.singularia.ff.si cer.pet. Uel ⁊ quarto si intelligas qđ hic nō sit sequuta cōsumptio nec immixtio: ⁊ pecunia erat domini: dic adhuc competere cōdictionē indebiti, ratione solius possessionis.l.indebiti.§.sed ⁊ si nummi.vbi dicetur.j.e.¶ Glos.in verbo qm̄ nihil.diuide in duas ptes principales. Primo colligit notabile ex tex.et allegat cōcord. In secunda oppo.et nō soluit de.l.damni.§.sed quod qui est.§.j.vbi promissio generalis de nō damnificādo, intelligitur de damnificatiōe illicita. Nā damnū licite mediante prescriptione possum dare: et sic videtur totum contrariū eius qđ in hac.l.dicitur. Sed respōde, qđ hic loquitur de dispositione permissiua in qua permitti intelligantur omnia licita, nō autē illicita: ibi autem loquitur ecōtra in dispositiōe prohibitiua in qua vtiqꝫ cēsentur prohiberi q̄ illicita sunt, non autē que iuridica.¶ Glos.vlti.in verbo soluentes.diuide in tres partes principa. In prima timore contrarij quod statim formabo.glo.ponit duos intellectus ad hunc tex. In secunda per viam summe generaliter ponit cui competat ista condictio indebiti. In tertia contra quem competat: et dicit Barto.hic in fi.qđ est magistralis glo.⁊ signanda.secunda ibi: vt autem plene scias.tertia ibi: ecōtra datur in eum. Redeo ad primam partem in qua vt dixi, glo.ponit duos intellectus timore contrarij: istud contrarium fm glo.⁊ doct.est principiū huius legis quod contrariatur huic ver.si.posses etiam dicere qđ sit cōtrariū.l.fi.§.j.ȷ.eo.que lex similiter loquitur in tutore: sicut hic: primū intellectū reprobant doc.q: est indubitabilis: ⁊ tenent secundū intellectū, ſʒ mihi non placet iste secūdus, q: nimiā violationē ⁊ suppletionem litere facit: vnde potius sequor primū intellectū: et dico aliter quaꝫ Ful.qđ dubiū faciebat ver.neqꝫ interesse, naꝫ si tutor vel procurator minoris soluisset debitum ⁊ de pecunia minoris, bene verum est quod tunc casus esset indubitabilis: sed dubiū est quādo soluūt

19 de pecunia propria ⁊ non minoris.¶ † No.tamen ex secūdo intellectu gl.qđ minor dū esset in minori etate non pōt ratificare eius nomine gesta, alleg.l.si pupillus.ff.de noua.melius alleg.tex.in.l.cū maritū.C.ꝺ sol.istud limitat verū nisi ratificaret cū autoritate tutoris sui, cū distinctionne de qua hic per eū: ⁊ ex hoc puto non esse verū illud quod no.Bal.in.d.l.cum maritus.per illum tex.in versic.etatē, qđ quādo aliquis promittit de ratificatione alicuius minoris, videtur promittere qđ ille ratificabit cum erit etatis legitime.s.xxv.annorū.⁊ idem tenet Bald.hic in fi.hic non videtur verū cum statim possit ratificari cū autoritate tutoris fm Bar.⁊ doc.hic. In.ij.pte dū respōdet gl.ad.l.qm̄.ff.ꝺ cōdi.fur.diuinādo respōdet: tu responde melius, qđ ibi tex.loquit quādo recipiens recipiebat scienter indebitū: ⁊ sic cōmittebat furtū: vt dixi in.l.si procuratori falso: post gl.fi.ibi.š.de condi.ob cau.sed in hoc tex.dato qđ procurator solueret indebitū non apparet recipiēs scienter indebitū recipere animo malignandi.

1 ¶ Quando species perempta vel non repetatur.

Quod indebitum. Non potest breuius summari. Ad euidētiā premitte, qđ ista lex legitur in gl.duobus modis: vt hic per Bar.primus reprobatur, secundus est cōmunis.¶ Glos.vnica diuiditur in tres partes principales. Primo ponit duos intellectus ad text. In secunda ponit illationē de qua se remittit. In tertia timore contrarij ponit distinctionem. Secunda ibi: ⁊ prodest. Tertia ibi.item qđ dicit.

1 ¶ † In ea.glo.ibi: sed tm̄ id ipsum quod est solutū, est in obligatione. Habes ex gl.primū intellectuz ad tex.⁊ eius probationem: intellectus est qđ ista lex tota debet intelligi quando species est indebite soluta, nā si extat, ipsa repetitur: als si non extat: quia eam bonafide alienauit: tantūdem repetitur. Contra istū intellectū arguit gl.quia in obligationibus dandi, etiā si res nō extat, tamē nō potest peti estimatio, sed res durat in obligatione ⁊ petitione.l.si seruū.§.fin.ff.de verbo.obli.⁊ istud habet locū etiā in ꝯtibus innominatis: qn̄ agitur ad repetendū.l.pe.⁊ ibi dixi.š.de cōdi.ob cau.glo.fatetur contrarium, qđ si species non extat, adhuc estimatio peti non potest: et qđ tex.hic in ver.repetitur.cōsyderato effectu intelligit: q: licet petat rē: tamē q: res non extat, solum estimationem consequetur: sed quia istud est impropriare text.in illo verbo repetitur, ideo glo.reprobat istū primū intellectū: sed ista reprobatio nihil valet, quia in cōdictione indebiti: in qua obligatio non oritur ad id quod est solutū, sed ad id in quo recipiēs est locupletior: vt est tex.melior de iure in.l.si non sortem.§.libertus.in.ij.respōso, ⁊ ibi Bar.in.iij.col.§.eo.ideo re non extante agitur ad preciū, in quo est locupletior, vt in specie est tex.in.l.in summa.§.in frumēto.j.eo.tamen ex alio iste intellectus non placet: eo q: tex.tunc non precise debuisset dicere, tantūdem repeti: imo aliquādo plus, aliquando minus, ſʒ qđ est locupletior, saluo nisi eius dolus intercederet, vt in eo dolo qui scienter manumittit seruū indebite institutū. nā ꝙuis ex hac manumissione nō fit in aliquo locupletior.l.plane.in prin.ff.ꝺ le.j.tamē propter dolū suū tenet ad estimationē: cū libertas semel prestita sit irreuocabilis: in istis terminis loquitur tex.in.d.l.in summa.§.si seruū.fm Ang.hic: ⁊ ante eū gl.in.d.§.libertus.in ℣.habes.teneas ergo secūdū intellectū gl.ꝙ ista lex ponat diuersos casus: nā si soluit indebite species: ipsa semp est in obligatione: ⁊ sic ipsa repetitur: ita loquitur prima pars legis. Si autem soluitur quantitas tunc tantūdem repetitur: ita loquitur secunda pars legis: cū isto intellectu oēs doct.tenent. Tu aduerte circa pmā partē, qn̄ soluitur species, ꝙ ipsa semp fit in obligatione: nā istud est verū, si ipsa species extat: alias si esset alienata, solū preciū esset in obligatione: vt declarat hic Bar.in sua distinctione. Itē aduerte in.ij.casu quādo quātitas est indebite soluta glo.generaliter

generaliter intelligit quātitatē pro omni eo qd̄ consistit pondere
numero vel mēsura: ꝛ sic vult, ꝙ si solui indebite quātitatē frumē
ti, ꝙ tantūdē repetā: ꝛ ita alij trāseunt: sed istud est cōtra tex. in
d. l. in summa. §. in frumēto. j. eo. vbi soluta est indebite quantitas
frumēti: ꝛ tñ non repetit̄ tantūdem de frumēto sicut in mutuo: vt
dicit gl. imo repetit̄ preciū, est difficile ꝛ arduū dubiū, gl. ibi respō
det qd̄ frumentū fuit solutū tanꝙ species, qd̄ nihil est. Bar. ibi di
cit se multū dubitare ꝛ rn̄det sub dubio: ꝙ ista. l. restringatur ad
quantitatē pecunie tantū: secus sit in alijs quātitatib⁹ in quibus
cū preciū varietur ex tēpore, si teneretur soluere tantūdē frumēti
solueret plus ꝙ esset locupletior: ideo soluit preciū tantū: ꝛ sic vi
des duo ex solutione Bar. primo restringit istā. l. in ver. tantūdē.
vt loquatur in quātitate pecunie tantū. Scdo reprobat glos. hic:
quāuis de ea nō facit mētionē, q̄ intelligit quātitatē hic: p omni
eo qd̄ cōsistit pōdere numero vel mēsura: cōsydera si posset dici ꝙ
§. in frumēto loquat̄ qñ frumentū cōsumptū fuit in vsum familie
quo casu est locupletior in precio qd̄ necesse habuisset expendere:
ideo ad preciū tenetur hic quātitas illius generis nō erat tali mo
do cōsumpta. ¶ In ea. glo. ad fi. p solutione distingue vt hic per
Bart. Sed caue in vltimo mēbro inquātū Bart. tenet ꝙ soluta
est pecunie quātitas per errorē, semp indistincte tantūdē repetit̄
q: quātitas perire nō potest, idē vult gl. in. l. indebiti. §. si nūmi. in
gl. ij. j. e. sed reprobat̄ per alios oēs ibi, q: petitio hereditatis sicut
cōdictio indebiti: solum cōpetit ad id in quo quis est locupletior
l. sed ꝛ si lege. §. consuluit. ff. de peti. here. ꝛ tamen si pecunia sit cō
sumpta non repetitur. l. vtrū. ff. de peti. here. ergo idem in condi
ctione indebiti. Ultimo contra tex. dū vult, qd̄ si quātitas indebi
te soluatur tantūdem repetatur opp. de. l. si nō sortē. §. libertus. in
ij. respō. prin. posito in versi. ꝛ cellus. j. eo. ꝛ ibi glo. format opposi
tionem ꝛ multum se inuoluit dicit ibi tex. qd̄ si libertus soluit per
errorē quantitatem operarū, non potest tantundem repetere: sed
imo debet tantū posse repeti. Bart. etiam multū se inuoluit post
glo. reseruo ibi dicendum.

1 ¶ Limitatio quod maritus non tenetur nisi inquātum facere potest.
2 An maritus inops soluendo vel promittendo sibi preiudicet.

1 Quod nomine. Summa cum. l. seq. vt
per Bar. ¶ † Nota ex
hac. l. fallētiam ad regulam que habet, ꝙ maritus ha
bet beneficiū ne teneatur in effectu vltra ꝙ potest, de
ducto ne egeat. l. maritum. cum seq. et. l. ex diuerso. §. final. cum si.
ff. solu. ma. l. non tantū. ff. de re iudi. ꝛ. l. in condemnatione. ff. de re.
gu. iu. Illa regula limitatur per has. ll. nisi maritus pauper p er
rorem totum solueret, nam sibi preiudicat in illo beneficio: et hāc
fallentiā in no. domi. Alexan. in. d. l. maritum. in. xvj. fal. cui adde
pulchrum verbū Bal. in. c. j. de notis feudo. qd̄ maritus et similes
persone habent illud beneficiū retinendo, nō autem petēdo. Aliā
limitationē ponunt Guil. ꝛ Albe. hic, qñ mulier dedisset rem im
mobilē in dotē: puta domū, et illa extaret, hoc est, nō esset aliena
ta. l. j. §. cū autē. C. de rei vxo. actio. ratio, q: tunc maritus nō conueni
tur vt maritus: sed tanꝙ quilibet extraneus possessor, arg. l. item
eorū. ff. qd̄ cuiuſqꝫ vni. idem tenet Bal. in. c. j. de not. feu. facit bene
in simili text. in. l. in bonefidei. in princ. ff. de pecul. tenet contrarium per
tex. in. l. si filiosfa. ij. ff. so. ma. quē bal. ibi ad hoc no. ꝛ reputat singu
larē: ꝛ idē ibi videtur velle Bar. ꝛ clarius alij doc. ibi: ꝛ Bal. hic.
Ang. de are. in. §. itē si de dote. insti. de act. Alex. de imo. licet pre
dicta non alleget. in. d. l. maritū. facit tex. in. l. vxor marito. ff. de do
na. inter vi. ꝛ vxo. Tertiā fallentiā ponit Bar. hic: qñ dos esset cō
fiscata ex delicto mulieris: q: maritus conuentus a fisco pro dote,
nō habet tunc istud beneficiū, ratio fm eum, q: est personale: ideo
nō transit in fiscū, allegat. l. si maritū publico iudicio. ff. so. ma. que
nihil facit. Istam fallentiā reprobat do. Alexā. in. d. l. maritū. in
ex. fal. q: fiscus habetur loco heredis. l. tutoris. C. ad le. iul. de vi.
sed maritus vtitur hoc beneficio: qñ conuenitur ab herede mulie
ris, igitur ꝛc. aliud nō dicit. Confirmo duplici fundamento. Pri
mo, q: in fisco nihil est speciale magis ꝙ in priuato, nisi lex expres
se dicat, gl. in. l. j. C. de peti. here. et in. l. item veniunt. §. in priuato
rum. ff. eo. Scdo, q: fiscus succedens priuato, vtitur iure priuati. l.
cū quidā. §. fiscus. ff. de vsu. l. fiscus. ff. de iu. fis. no. Bal. in rub. C. de
iure fis. sed nō expedit ire per mendicata suffragia: nā cōtra Bar.
est in terminis text. rotūdus in. l. si maritus. ff. so. ma. ꝛ ibi assignat
rationē, ne in perniciē mariti mulier punita sit et non possum non
vehemēter admirari ꝙ Bart. tantus iurista dixerit cōtra text. ex
pressum illius legis: ꝛ qd̄ do. Alexā. qui toties legerat illum titu.
nō fuerit recordatus de illa lege. Quartā limitationē tangit Bal.
hic: quando mulier est pariter inops, ita tenet Jaco. de are. in. l. si
maritus in id. ꝛ ibi Bar. refert ꝛ alij sequuntur. ff. so ma. Jaco. de
are. ꝛ Barto. in. l. si quis a liberis. §. fi. ff. de libe. agno. Bald. in. l. ij.
C. qd̄ cū eo. ꝛ in. l. preses. per illum tex. C. de ser. ꝛ aqua. Guil. de cu.
et Pau. de ca. in. l. si quis crediderit. ff. de pa. Plures alias fallen.
ponit Alexā. in. d. l. maritū. Ultra quas adde etiā quintā, quādo
marit⁹ vitio suo redactus est ad paupertatē, ita Bal. in. c. ex par
te. in. j. col. de cōsue. per tex. qui parū facit in. l. pe. §. fi. ff. de iur. do.
facit qd̄ per illum tex. dicit Bal. in. c. qui in ecclesiarū in. vij. col.
de cōsti. qd̄ q propter maleficiū cōmissū deducti sunt ad inopiā,
perdunt beneficia alias indulta paupertati; melius facit in pro
posito tex. in. l. etiam. §. j. ff. so. ma. vbi Bar. tenet secus esse quādo
ex sola culpa facultates perdidisset. Adde etiā sexto no. fal. quā
ponit glo. no. in. l. pe. §. fi. per illum tex. ff de iu. do. qñ maritus tē
pore receptionis dotis dolose persuasisset se esse soluendo. sequit̄
Pau. de ca. in. d. l. etiā. §. j. facit qd̄ no. Bal. in. l. etiam. §. j. ꝛ qd̄ no.
Bar. in. l. alia. §. eleganter. in fi. ff. solu. ma. ¶ Secundo no. ex his
legibus limitationē ad regulā. d. l. alia. §. eleganter, qd̄ maritus
non potest renuntiare huic beneficio: q: inductum est ob reuerē
tiā maritalem, etiā si renūtiaret cū iuramento, vt ibi firmat Bar.
ꝛ alij. Nam verū est, qd̄ nō potest expresse renūtiare, vt ibi, per pa
ctum expressum: sed bene tacite per solutionē etiā errore factam:
casus est hic, ꝛ adde que statim. j. dicā in glo. ¶ Capio glo. in ver.
nō possit. quā diuide in duas partes. Primo remouet vnū cōtra
riū. Scdo per viā q̄stionis declarat tex. qui videtur cōtrarius dū
dicit, qd̄ maritus nihil potest soluere: ꝛ tamē soluit dotem. Secū
2 da ibi: sed quomodo. ¶ † Ex prima parte gl. no. qd̄ licet maritus
inops soluēdo per errorē integrā dotē sibi p̄iudicet in beneficio:
tamen si solū promittat vel cōstituat, sibi nō preiudicat. l. ꝙ si ma
ritus. alleg. in gl. facit bene. l. qui id qd̄. in prin. ff. de dona. ꝛ sic licet
promittere, ꝛ soluere parificentur quo ad cōfirmandū. l. fi. C. ad. l.
fal. tamen non parificātur quo ad impediēdā repetitionē, vt pre
dixi. Istam cōclusionē gl. limitāt Bar. Ang. ꝛ cōmuniter alij nisi
maritus faciat talem promissionē animo nouandi cū distinctio
ne. tamen gl. in. l. si prior. ff. so. ma. Sed tu caue q: hec limitatio vi
detur contra regulam. d. l. alia. §. elegāter. vbi per pactū exp̄ssum
non potest maritus renuntiare huic beneficio, intantū qd̄ dicunt
doct. in. d. §. eleganter. qd̄ non possit renuntiare etiam cum iura
mento: ꝛ ratio ibi ponitur: q: est ius reuerentiale; que ratio mili
tat quādo etiam stipulatio fieret animo nouādi. Si teneres opi.
Bar. in. d. §. eleganter. ꝙ so. ma. potest maritus facere promissio
nem ꝛ perdere beneficiū, posses saluare Bart. hic: sed gl. ꝛ omnes
alij ibi indifferenter tenent oppositū. Fulgo. respondet, ꝙ nō po
test expresse sed tacite sic: poterat allegare multa similia: nā iura
mentū calumnie nō potest expresse omitti, tacite sic. Itē miles po
test tacite esse procurator, nō expresse: ego aliter respondeo ꝛ dico
qd̄ potest saluari Bar. quando solu. ma. maritus faceret promis
sionē animo nouandi vni tertio: quia secundo futuro marito: nō
3 autem ipsi mulieri: quia non posset, per. d. §. eleganter. ¶ † Extra
gl. Bar. format oppositionē antiquorū. ꝛ Cy. in. l. cum quis. in. v.
q. C. de iur. ꝛ fac. igno. ꝛ bene respondet vt hic per eum. ꝛ in. l. ex di
uerso. §. fi. ff. solu. ma. vbi Alexā. imo. respondet quibusdam obie
ctionibus. Sali. ꝛ Fulg. hic ante Barto. ꝛ antiquos per eū relа
tos. ista fuit solu. glo. in. §. perpetue. in glo. magna. in verbo agen
tibus. ad fi. insti. de excep. Aliter respondet Fulg. qd̄ ista exceptio
non est perpetua sed temporalis, cū duret tantum in vita mariti
ꝛ non transit ad heredes: vt in. l. rei iudi. in princip. ff. sol. ma. Ista
sol. nō est generalis ꝛ restringeret istas leges, quādo maritus nō
haberet filios, cum etiam filij habeāt idem beneficiū. l. etiam. in
prin. ff. solu. ma.


1 ¶ Debitor ad diem soluens ante diem an repetat.
2 Quid in cōmodo interusurij medij temporis.
3 Quando respub. vel fiscus cogīt aliquē ante diem soluere an habeatur ratio lucri interusurij medij temporis.
4 Casus singularis in quo debitor ante diē pōt cogi ad soluēdum. a
5 Tutus exceptione an repetat.

In diem. Tutus exceptiōe tēporali si soluat
nō repetit, ꝛ solutū pro seruo: lꝫ mi
nus sit in peculio non repetititur. h. d. cum. l. sequenti.
1 ¶ † No. ꝙ si aliquis sit debitor ad diē, ꝛ ante diē per
errorē soluat, nō repetit, vt hic. ꝛ. l. nā ꝛ si cū moriar. j. eo. intellige
quādo esset dies omnino incerta. l. sub conditione. cum. l. seq. vbi
dicetur. j. eo. Hic cadit necessariū dubiū: pone, aliquis est debitor
in magna quātitate: sed non tenetur soluere vsqꝫ ad annos. xl. vel
plus, iste errore facti pbabili credens se pure teneri statim soluit:
nūquid saltē cōmodum seu interusuriū medij tēporis poterit re
petere. Bar. in. l. j. in pe. col. s. eo. ꝛ in. l. cū quis. in pe. col. C. de iur. ꝛ
fac. igno. tenet ꝙ non, per regulā istius. l. ꝛ. d. l. nā ꝛ si cū moriar. q̄
indistincte denegant repetitionē. Item per aliud fundamētū de
quo ibi per eū, idē tenet Bal. hic: motus q: si nō repetitur debitū
principale: ergo nec accessoriū. l. eos. in prin. C. de vsur. Idē tenet
Ang. ꝛ Sali. hic. ꝛ Sali. in. d. l. cū quis. in. ix. col. ꝛ Alexā. in. l. j. in
vlti. char. s. eo. vbi dicit istā esse cōmunē opi. ꝛ fatetur Alb. de ro.
hic post Ja. bu. ꝙ ita cōiter tenet: ꝛ ita tenēdo datur magna extē
sio ad hanc. l. Ego teneo cōtrariā opi. quā tenet gl. in. d. l. cū quis.

a ¶ Habetur. Adde bar. i. l. quoties. ff. de nouat. Bar. comm. suo. incipiē. Tholome. de ipō.

⁊ ibi Iaco. bu. Bal. in fi. Raph. Fulg. in repe. in vlti. chart. Idem
tenent Marti. fili. Ia. but. Albe. ⁊ Fulg. hic. Ioã. de imo. in. c. fi. de
solu. ⁊ Bart. met sibi cõtrius in. l. si socer. §. lucius. ⁊ ibidem Ioã. de
imo. ff. solu. matri. Pro ista parte bene facit, qd dies est pars sum-
me ⁊ obligationis. l. j. §. in diẽ. ff. de eden. vnde qui soluit ante diẽ
in fi.ff.de fal.Bart.in.l.fin.ff.de lib.agno.ideo pater non dicitur donare sed magis anticipare tempus:vt quod post mortem tenetur dare filio,videatur in vita representasse:vt est text.not.in.l.sed si vir.§.quod vir vxori.ff.de do.inter vir.et vxorem. Vltimo accedit id quod not.Barto.in l.j.per illum tex.C.de impo.luc.descri. lib.x.quod si ex forma statuti de omni lucro debet solui gabella quod non soluitur de donatione facta filio pro legitima.quia non est proprie lucrum.sed magis sol.debiti. Istam limitationem reprehendit domi.Fran.de Are.in.l.placet.ff.de acquiren.here.et latius in consilio.xvij.incipien.consyderatis diligentissime.in.iij.colum.et duabus sequentibus fortissimo argumento:quia alimenta debentur filio in vita.l.si quis a liberis.in principio.ff.de libe.agnoscen.et tamen donatio in causam alimentorum facta a patre non valet,vt est gl.quam ibi approbat Bal.in.l.ij.C.de inofficio.do. et ad text.in.d.l.si non mortis.respondetur dupliciter.Primo quod non loquitur in patre:sed matre.Secundo si loqueretur in patre loquitur in filio emancipato.Tu vltra are.contra istam limitationem adde tex.qui fortiter stringit in.l.cum de bonis.et ibi bal. C.de dona.vbi est text.quod si pater donat filio in potestate partem suam:tamen non valet donatio.Item in contrarium facit tex. in.l.si filia.§.si pater.ff.famil.erciscun.et in.l.si ancillam.§.si pater.ff. pro suo.posses pro concordia dicere.quod donatio facta per patrem filio in potestate pro sua legitima valet sed reuocabiliter secundum Bald.in.l.quis.C.de fideicom.et in.l.iij.C.de vsuca.pro dona. Octauo singu.limita predictam regulam quando essent duo filij in potestate patris et vnus eorum donaret alteri propria bona patris,vel bona profectitia de consensu ipsius patris.talis donatio statim valet et tenet:ita tenet ad literam Ioan.andre.in addi. Specu.in titu.de instru.edit.§.porro.ver.quid si filiafa.et fuit originalis decisio Old.vbi plenius ponit in consi.xxvj.quod si pater consensit quod ista bona donarentur alteri filio,consentiendo intelligitur tacite emancipare quo ad istum actum vt valeat donatio.l.si permittente.C.ad macedonia.sicut ergo valeret donatio si emanciparet in totum ita deberet valere ad istum actum.Et no. istam decisionem ad illud quod ponit Bartol.et alij ibi insistunt in.l.j.§.in filij.ff.ad trebel.nam Ioan.an.et alij volunt quod etiam tacite pater possit emancipare filium ad vnum actum.Istam decisionem Io.an.exclamat vsque ad sidera Fran.de are.in.l.placet. ff.de acquiren.heredi.tamen eam impugnat duplici ratione vt ibi per eum:tu vltra eum impugna alia ratione.quia qui non potest facere actum.non potest etiam consentire alij facienti.ista est regula glo.et Bartol.in.l.fin.in ver.acommodauerit.C.de pac.cum sins concor:quas ibidem dedi:et de hoc etiam tetigi.s.in tex.in.v.no. Nono predicta fallit,quando donatio fit filio a patre cum hoc vt ipse donet alteri:non autem penes se ramaneat.text.est in.l.profectitia.§.pe.ff.de iur.do.arguendo a donatione mariti in vxorem ad donatio.patris in filium.vt facit tex.in.d.l.donationes quas parentes.et ita in specie tenet Ludo.roma.in.l.si donatione.C. de col.Decimo predicta regula fallit interueniente iuramento:et quia iste casus est frequens et quotidianus,reassumo istum passum in dubium.Numquid donatio facta per patrem[d] filio in potestate cum iuramento statim valeat et irreuocabiliter.repetitur per Bald.consi.quod incipit queritur an donatio:tenuit partem negatiuam quod non nouetur isto fundamento:quia talis donatio est facta inter personas prohibitas.ergo non firmatur iuramento,per regulam.l.si quis inquilinos.§.fin.cum si.ff.de leg.j. et in.l.cum quis.§.titia.ff.de leg.iij.et istud consilium refert Ludo. roma.in repe.rub.ff.de iureiuran.in.iij.questio.sed ista ratio bal. tollitur per auth.sacramenta puberum.C.si aduersus ven.cuius si. Istam eandem opinio.tenuit Paul.de cast.in consilio.cv.quod incipit domi.Sber.miles,mouetur duplici fundamento.primo quia quando pater donat filio in potestate censetur sibimet donare,sicut ergo si quis donaret sibimet donatio non firmaretur iuramento.c.fina.in fine.de iniu.et argu.l.ij.ff.de stipula.ser.l.veranius.in princi.ff.de fideius.ita quando pater donat filio in potestate,quia profectitia acquisita per filiumfa.sunt hodie patris sicut et olim,quia in profectitiis nihil est hodie immutatum.Secundo mouetur quia iuramentum patris non potest facere filium de incapace capacem:sicut si donaret seruo cum iuramento pro hoc non valeret donatio,nec seruus esset capax.Sed ista ratio tollitur,quia quando donatio immediate procedit a patre non reacquiritur ipsi patri per refluxum,prout tenet gloss.j.magna hic ad finem.quam omnes sequuntur et.s.pluries fuit dictum.ergo non censetur,tunc pater donare sibimet,cum tunc sibi non reacquiratur. Pro ista parte negatiua etiam consuluerunt Rapha.Fulgo.et domi.Fran.de capitibus liste in consilio.ccix.incipiente viso suprascripto instrumento donationis et testamento.moti quia non reperitur iure cautum quod valeat donatio inter patrem et filium in potestate propter iuramentum,nec enumeratur in casibus enumeratis per gl.in.l.ij.C.de inoffi.dona. Secundo mouentur

nentur et fortius: et in hoc faciūt magnum capitale, quia donatio inter patrem et filium in potestate non valet propter repugnantiam et contrarietatem resultantem ratione patrie potestatis: quasi sibiipsi donaret, prout sentit glo. in. l. ij. s. allegata. Sed circa repugnantiam vel impossibilitatem iuramentum nihil operatur vt in regula impossibilium. de regu. iur. in. vj. responde vt. s. proxime respondi: fatetur tamen q̄ iuramentū obligat patrem ad obseruantiam, quia iuramentum qd potest seruari sine interitu salutis eterne est seruandum. c. cū contingat de iureiu. tamen tale iuramentum non confirmat contractum: ideo heredes possunt cōtrauenire, quia non obligātur ad reatum periurij. c. veritatis. de iureiur. Breuiter teneas contrarium et sepe contrarium cōsului q̄ donatio inter patrem et filium in potestate firmetur iuramento irreuocabiliter: ita tenet Bald. in. l. iij. in vlt. q. de vsuc. pro donato. in rep. l. ij. in. xvj. char. ff. de iureiur. et no. Bal. in. ɔsi. cccclxx. prime partis incip. premitten. est ad euidentiam. et do. Abb. in. c. cum contingat. in vlt. col. de iureiuran. q̄uis nō aperte firmet, et Bal. in cōsi. quod inci. ad euidētiam premitten. est. Idem firmat do. Alex. in. l. si donatione. C. de colla. et in consi. cv. quod. inci. visis et cōsyderatis his que in themate continent. et in ɔsi. ccclxxv. qd incip. ponderatis his que in themate narrātur. Idē simpliciter tenet do. Fran. de are. in. d. l. placet. Lud. roma. in repe. rub. de iureiur. in. iij. q. et in. l. donationes. §. pater. ff. de dona. licet ibi nō claret firmet et in. l. si donatione. post Bal. ibi. in. j. col. C. d col la. idem est de mente Bart. in. l. titia. ij. §. imperator. ff. de lega. ij. versicu. quero mater vel pater. Ita etiam est de mente Ioā. and. in addi. Specu. in ti. de testa. §. j. in ver. pone filius. vbi dat ɔsiliū quod filius emancipetur, vel quod pater iuret. et ista est communis sententia et temerarium esset ab ea iudicando vel cōsulendo recedere. Et quando non essent autoritates doctorum ista opi. est verissima per alia fundamenta quibus vtor in cōsuluendo. Primo est verum, quod ex donatio. facta filio in potestate per patrē oritur naturalis obligatio. tex. est hic. et firmat Bar. vt. s. dixi. ergo iuramentum super tali obligatione naturali prestitum reddit eam efficacem: ita firmat. Bart. in. l. si quis pro eo. in. vj. mēbro. ff. de fideius. cano. in. c. cum cōtingat. de iureiuran. et in. c. cum venissent. de insti. Secundo facit quia iuramentum est de iure naturali. vt dicit glo. in. c. autoritatem. xvj. q. vj. Bal. in. l. iij. C. de vsuca. pro donato. vel saltem iuramentum est de iure diuino. c. et si christus. de iureiurando. sed de iure naturali vel diuino nō attēdit patria potestas, que est de iure ciuili. l. nam ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. ¶ Tertio et fortius fa. quia donatio facta per patrem filio in potestate confirmatur morte patris, aut emancipatione, aut deportatione, aut monachatione. vt. l. donatiōes. §. placet. ff. de donatio. et ratio est quia istis modis cessat patria potestas que impediebat: ergo fortius debet confirmari interueniēte iuramento, quod est quid spirituale, et in spiritualibus non curatur patria potestas. c. si annum. de iudi. in. vj. gloss. in. l. ait pretor. ff. de mino. in princip. et cum iuramentum sit quid spirituale non debet subijci regulis iu. ciuilis. c. ecclesia sancte Marie. de constitu. Quarto fa. quia ex contractu inter patrem et filiū in potestate oritur efficax obligatio interueniente iuramento, qn̄ non interuenit aliquod turpe. ita no. Io. de ana. in. c. cum iuramēto. per illum text. de homicidio. melius facit tex. in. c. q̄uis. de pac. in. vj. Quinto facit, quia iuramentum hz vim clausule vt actus valeat eo meliori modo quo potest. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. ij. Bar. in. l. j. §. si quis. ff. de verb. obli. ergo debet valere vt pater censeatur vigore iuramenti emancipasse ad illum actum, per ea que dixi. s. in. viij. fallen. Vltimo intellige predictam regulam de filio in potestate cui pater non potest donare: qa patria potestas impedit: et ideo si donat filio naturali tantum valet donatio. l. omnes. §. lucius. et ibi no. Barto. ff. de his que in frau. cre. Lud. roma. in consilio. xiiij. quod incip. ad primum quesitum breuiter dicendum est. Franc. in secūdo dubio. Hinc sequitur quod si mater donat filio existenti in potestate patris vz et tenet. tex. est cum glo. no. in. l. si constante. et ibi Bal. C. de dona. inter vi. et vxo. Bal in. l. filium quem, habentē. C. fami. er. et per ista cum laude dei sit impositꝰ finis huic legi que vt est omnium subtilissima: ita cū multa in subtilitatum ruminatione subtiliter et accurate fuit expedita.

¶ Repetitio dn̄i Iaso. de Mayno. l. frater a fratre.

1 Inter patrē vel fratres in potestate que actio oritur.
2 Quid sit peculium et quotuplex.
3 In publicatione bonorum non venit peculium filij.
4 Quādo debitor succedit creditori vel ecōtra extinguitur iure cōfusionis debitum.
5 Peculium dicitur quoddam ius vniuersale.
6 Obligationes actiue et passiue que pueniunt ad aliquē per obuētionem peculij non sunt pro quota hereditatis.
7 Peculia hodie an sint patris.
8 Intellectus legis quomodo intelligatur.
9 Quando pater obligetur ex contractu filij.
10 An ex mutuo contracto inter patrem et filium oriatur obligatio naturalis.
11 Debitum contractum per filium debet solui de peculio. idem in seruo.
12 Licet naturalis obligatio non sit sufficiens ad agendū, tamen est potens ad deducendum.
13 Si filius cōtraxit alij fratres tenentur eū conseruare indemnem.
14 Si sunt plures socij et vnus contraxit debitum et soluit, an in diuisione repetat.
15 Qui tenetur aliquem seruare indemnem ab extraneo multomagis a seipso.
16 Qui promisit accōmodare turrim cōtra omnem hominē de mūdo an teneatur contra seipsum.
17 An ista lex habeat locum in tribus fratribus.
18 Et an habeat locum in seruis.
19 Et quid in in duobus monachis.
20 Quare inter patrem vel fratres in potestate non contrahatur nisi naturalis.
21 Quare pater contrahendo cū filio non obliget ciuiliter.
22 Quo iure actiones sunt inuente.
23 Si filius committat delictū an pater teneatur pro filio quatenus est legitima.
24 An si filiusfa. mutuat pecuniam fratri requiratur ratihabitio patris ad hoc vt ei acquiratur.
25 Quid in pecunia castrensi.
26 An requirat voluntas patris vel q̄ pecunia sit cōsumpta, ad hoc vt patri acquiratur.
27 Quid in pecunia aduentitia vel quasi castrensi, an habeat locū hec lex.
28 Hodie in aduentitijs contrahitur obligatio ciuilis inter patrem vel fratres.
29 Que obligatio contrahatur ex mutuo celebrato inter duos fratres in potestate. nu. 30.
31 Pater non obligatur ex mutuo inter fratres. nu. 33.
32 In actione de peculio non est dare naturalem obligationem, sed ciuilem.
34 In contractu celebrato inter duos seruos, dominus nullo modo obligatur.
35 Quid in delictis.
36 Quid in alijs famulis q non sunt serui vel in familia potestatis.
37 Quando pater obliget filio ita q̄ obligatio non reuertatur ad patrem.
38 Si pater vel dominus adimat peculium an extinguat obligatio personalis serui vel filij.
39 Debitum debet solui de peculio.
40 Apud fratrem qui mutuauit non remanet aliqua obligatio naturalis.
41 Qui contractus possint celebrari inter patrem et filium.
42 Quid in contractu venditionis et emptionis.
43 Quid in donatione.
44 Quid in donatione propter benemerita.
45 An filius possit donare patri.
46 Quid in matre donante filio existenti in potestate patris.



Rater a fratre. Bar. et Fulgo. in hac. l. sic exordiunt q̄ ista lex re et fama difficilis est: sicut alia que sit in corpore iuris: et dicit Ange. q̄ ista lex est vna omnium ex difficilioribus que sit in toto corpore iuris. Subdit tamen Fulgo. q̄ altiori et subtiliori stylo scripta est. l. gallus. per sceuolam iurisconsul. q̄ ista l. per Affricanū: vix tamen est fm eum inter eas vt sit locꝰ optionis in difficultate materie. Et pro certo ista. l. est multum intricata et obscura in tex. et habet gloss. summe difficiles et scabrosas inepte et inordinate procedentes. et in hac. l. affricanus melius quam alibi comprobauit consequentiam quam de eo facit Barto. in. l. cum quis. in princip. ff. de sol. vbi dicit Barto. ista est bona consequentia, ista est. l. affrican. ergo est difficilis. Item scias q̄ repetitionem istius legis non legit publice Barto. in scholis in cathedra. sed extra scholas fecit eam hic scribi in vltima lectu. prout
1 ipse Barto. attestatur in. l. ij. ff. de contrahen. empt. ¶ Ad euidentiam premittunt Barto. et Ange. hic quedam lemā, primo q̄ inter patrem et filium in potestate, vel inter duos aut plures fratres existentes sub potestate eiusdem patris: si adinuicem contrahunt, oritur solum inter eos naturalis obligatio: ciuilis autem oriri non potest: et ratio positiua et communis est, quia patria potestas est solum de iure ciuili. l. nam ciuium. ff. de his qui

sunt sui vel alie.iur.z sic pater z filius de iure ciuili:z plures fra-
tres sub potestate vnius patris censentur vna eademq; persona
l.fi.C.de impub.z ali.sub. Itẽ obligatio ciuilis est de iure ciui.ergo
cũ de iure ciuili omnes iste persone fingant vna eadẽq; psona nõ
posset inter eas cadere obligatio ciuilis,cum vnus sibimet obli-
gari non possit. Sed obligatio naturalis est de iure gen.l.cuz am-
plius.§.is natura debet.ff.de reg.iu.z de iure genti.pater z filius
non vna persona sed due diuerse persone censentur:et multoma-
gis plures fratres sub eiusdem patris potestate: ideo obligatio
naturalis cadit bene inter patrem z filium,z inter fratres,ista est
communis positiua ratio:aliã subtiliorem assignat Bar.de qua
j.loco suo dicetur. Itẽ fm Bar. z Ang. pmittendũ est,q si sunt
duo vel plures fratres sub potestate eiusdẽ patris:z vnus frater
cũ alio cõtrahat mutuãdo vel aliter,ex isto cõtractu frater obli-
gatur naturaliter alteri fratri:z cũ habeamus regulaz,q quicquid
acquirit filius acquiritur patri suo:adeo q nec momento rema-
net penes filium.l.placet.ff.de acqui.here.l.i.in prin.ff.si qs a pa.
fue.ma.sequit ergo q illa obligatio naturalis ecõtra inter alios
duos fratres statim z incontinenti acquirit patri:z non remanet
penes filium,z in hoc errauit gl.nostra.j.post prin.inquantuz di
xit q ex isto contraetu celebrato inter frates existentes sub pote-
state patris oriuntur due naturales obligationes:vna que rema
net penes filiũ:alia que acquirit patri:istud tñ est falsum quia so-
la naturalis ex isto cõtractũ oritur,z illa sola acquiritur patri vt
2 expresse declarat Barto.hic in.ix.col. z dicetur loco suo.† Quid
8 autem sit peculium z quotuplex,* z quomodo cõcedatur z dimi-
nuatur z tollatur dictuz fuit in.l.cũ fundus.§.seruum tuum im-
prudens in euidẽtialibus.ff.si certũ peta,dixi in.§.actiones autẽ
de pecũ,in euidẽtialibus,insti.de act.z quomodo sumatur iste ter-
minus peculium,declarat glo.ordi.in rub.ff.de pecu.ista sunt eui
dentia.doc.ego quedaz alia magis necessaria premitto. Et quia
gloss.ista dubitauit nunquid ista.l.intelligatur in pecunia pater-
na:quã filius alteri fratri mutuauit:an pecunia profectia ipsius
filij:z vere ista lex potest in vtraq; intelligi z exemplificari. Ideo
debent scire iuuenes quod differentia est inter pecuniam profecti
tiam z pecuniã paternam. Nam pecunia profectitia dicitur esse
quando pater habet filium in potestate cui consignat centum du
catos vt de eis possit negotiari z mercari:et per istam concessio-
nem non efficitur pecunia propria filij,tamen filius habet admi-
nistrationem ipsius pecunie:z de ea potest mercari z facere quic-
quid vult:remanet tamen pecunia illa patris:pecunia autem pa
terna est que remanet penes patrem cuius administrationem pa
ter habet,nec de ea se impedit filius. Ex ista sequitur alia differẽ-
tia,filius habens pecuniam profectitiam licet regulariter ex con
tractu suo nunquam obliget patrem vt dicetur infra,tamẽ si ha-
beat peculium profectitium obligat patrem catenus quatenus
est peculium,sed q̃tum ad pecuniam paternam non potest patrẽ
obligare:ista est duplex differentia inter paternam pecuniam et
peculium profectitium:licet autem differentia sit quantũ ad ad-
ministrationem,tamen non est differentia q̃tum ad possessionez
z dominium:q2 pater ita habet dominium z possessionem in pe-
culio profectitio sicut in pecunia paterna:q2 filius nihil pprium
habere potest,licet filius in vna habet administrationem, in alia
3 non.† Not.tamen quod licet pater qui concedit peculium profe-
ctitium filio,remanet dominus illius pecunie sicut remanet dñs
pecunie paterne quam penes se retinet:tamen si publicarentur
omnia bona patris z applicarentur fisco,debet peculium profe-
ctitium separari,z filio remanere.text.est singula.in iure in.l.iij.
§.sed verum.in ver.proinde.et.l.ij.in fi.ff.de mino,z Bar.ibi in vlti.
colũ.dicit se nescire illum tex.alibi in iure:illum etiam Bald.in.l.
pe.C.qui bo.ce.pos.reputat singula.de quo vide plene Bartol.et
4 alios in.l.si finita.§.si de vectigalibus.ff.de dam.infec.† Secun-
do premitto vnam regulam in qua fundatur prima decisio istius
text.ibi respondi vtiq;:q quando debitor succedit creditori vel
econtra,si succedat titulo vniuersali puta hereditario extinguit
iure cõfusionis ipso iure debitum.l.vranius.in prin.ff.de fideius-
so.l.stichum aut pamphilum.§.aditio.ff.de sol.l.j.§.si debitor.ff.
ad.l.fal.l.debitori.C.de pac.et ratio istius regulariter est:q2 quã-
do debitor succedit creditori vel econtra,nos habemus quod he
res z defunctus finguntur vna eademq; persona.in auf.de iure-
iur.a mor.prest.in princip.z sic ex quo defunctus z heres fingun
tur vna persona:certe debitum z creditum reperitur in vna per-
sona:z quia impossibile est quod vnus sibimet debeat:certe ipso
iure extinguitur,cum non possit vnus z idem sibimet esse obliga
tus:intellige tamen istam regulam sane cum duabus limitatio-
nibus:prima est,quod quando debitor creditori succedit vel ecõ-
tra extinguitur debitum,est verum quando succedit in totũ,de-
bitum extinguitur:sed quando succedit pro aliqua quota heredi
tatis,puta,pro media parte vel tertia vel quarta:tunc non extin-
guitur debitũ in totũ:sed solũ p illa quota in qua succedit:ratio

¶ Quotu-
plex. Adde
doc.in.rub.
de pecu.cle.
doct.in.c.q2
nos.de test.
Spec.tit.de
arbit.in.§.j.
ver.itẽ cum
agitur.

est,quia quãdo heres succedit in totum defuncto,representat de-
functum in totũ:sed quando succedit in quota,solũ pro illa quo-
ta representat defunctum,pro alijs nõ.l.cũ a matre.C.de rei ven.
l.ij.§.fina.ff.de preto.stipu. Secundo intellige predictam regulã:
quod quando debitor succedit creditori cõfunditur debitum:in-
tellige verum,donec durat illa confusio.sed quando illa confusio
cessaret,vt quia heres qui erat creditor defuncti vẽderet heredi-
tatem alteri post aditam hereditatem:isto casu debitum reuiui-
sceret:text.est z exempluz in.l.ij.§.fin.ff.de heredita.vel actio.ven-
5 di.† Tertio ad eunden.premitte aliud necessarium fundamentum
in quo pendet tota difficultas istius legis et omnium gl.z in quo
fundatur secunda decisio tex.ibi:pro ea vero:que est summe diffi-
cilis:quod peculium dicitur esse quoddaz ius vniuersale recipiẽs
indies augmentum z diminutionem prout etiam est dos,heredi-
tas,z similia,fz q declarat Barto.z alij in rub.ff.solu.matrimo.
Cum ergo peculium sit quoddam ius vniuersale sequitur neces-
sario,quod ad quemcũq; transit peculium z ad quemcunq; per-
uenerit trãsit cum omnibus honoribus z oneribus ac emolumẽ-
tis z obligationib9 suis actiue z passiue:z ideo dicimus z millies
dicem9 in hac.l.q obligatio est onus ipsius peculij infixum et ra-
dicatum ipsi peculio:et non est personale:z ad hoc tẽdit tota ma-
teria huius legis,z declarat Bar.in.xvi.colũ.per totam.z etiã in
xiiij.colum.in ver.venio ad secundam glo. Et vt istud fundamẽta
lius intelligatis:debetis scire,quod si filiusfami.vel etiam seruus
habens peculium facit aliquẽ cõtractum:ex isto contractu oriũ-
tur due obligationes:vna est qua tenetur ille filius vel ille seruus
qui contraxit,z ista est insolidum:alia est non insolidum, sed qua-
tenus est in peculio.ita dicit tex.in.l.si qs cũ filio.ff.de pec.q̃tum
ad primam filius qui cõtraxit licet teneatur insoliduz ex persona
sua,tamen quatenus est pecu.ipse est obligatus nudo nomine q2
solui debet de peculio:z si ipse habeat peculiũ penes se,licet illud
sit patris:tamen potest de peculio soluere,et si soluat de propria
ipsius pecunia,postq̃ est sui iuris poterit illud solutum repetere
ab his ad quos peruenit peculiũ,vt dicit tex.hic:secunda est obli-
gatio que non est insolidum sed quatenus est peculium,et ista est
efficax:z ista est qua tenetur pater efficaciter donec peculium est
penes eum,et si peculium alteri etiã extraneo relinqueret,omnis
ille ad quẽ peculium peruenit tenebitur efficaciter ad illam obli-
gationem filij:quia vt dixi sunt obligationes infixe de pecu. Et
dicitur q obligatio sequitur peculium sicut lepra leprosum.glos.
in.l.j.§.j.ff.si pars here.pe.declarat Bart.hic in.xvj.col.in ver.iu-
xta predicta quero.z no.Pal.in.l.fi.C.qd cũ eo.in antepenul.col.
6 in ver.dico de corrup.obli.zc.† Itẽ attẽde q obligatiões actiue z
passiue que perueniunt ad aliquem per obuentionem peculij non
sunt pro quota hereditatis. Nam si quis esset heres in media par-
te hereditatis.z consequenter in media quota peculij tamen non
obligaretur ad medietatem obli.peculij,sed obligatur fm quan-
titatem pec.et non plus nec minus,hoc est catenus quatenus est
summa peculij que ad eum peruenit et istud est quod vult dicere
text.in verbo si non minus.et ita declarat gloss.ibi,pro illo verbo.
Et ex hoc habes vnam pulchram z necessariam differentiam ad
text.nostrum inter obligationem que extinguitur confusione per
hoc quod debitor succedat creditori vel econtra:quia ista extin-
ctio fit pro quota pro qua est heres non attento q̃tum sit debituz
nec q̃tum sit hereditas. Et ideo pone aliqs est creditor de mille,
debitor instituit eum heredẽ,si hereditas illius debitoris non va-
let nisi centum:iste creditor adit hereditatem:certe quẽadmodũ
adit in totũ:z est heres in totũ,ita in totũ extinguitur creditũ suũ
confusione,licet creditum maius esset,si nõ esset heres nisi in par-
te ita in parte extingueretur:z istud dicit prima decisio tex.nostri
in qua nullũ est dubium:sed obligatio que extinguitur per obuẽ-
tionẽ peculij,quãdo peculiũ obligatum peruenit ad creditorem
illa talis obligatio non extinguitur pro quota.heredita.nã si he-
res esset in dimidia in peculio,non extingueret debitum in dimi-
dia:sed in tantum q̃tum est peculiũ:istud est quod dicit secunda
decisio tex.in qua iacet omnis difficultas. Et si dicatur que sit ra-
tio diuersitatis,quare obligatio que extinguitur per obuentionẽ
hereditatis extinguit pro illa quota pro qua est heres, siue plus
sit in debito siue non:obligatio autem que extinguitur per obuẽ-
tionẽ peculij,extinguit q̃tum extenditur peculiũ: dicite q etiam
est,quia hereditas representat personaz defuncti,z pro illa parte
pro qua est heres p illa representat personã defuncti, p illa ergo
parte pro qua est heres reperiret quis debitor z creditor,est ergo
necesse quod pro illa parte debitum extinguatur, sed peculium
non representat personam alicuius, ergo non potest extinguere
debitum in quota:sed bene extinguit quatenus est summa pecu-
lij,nõ minus acsi extingueretur si esset soluta pecunia debita. ita
declarat Bart.in.xiiij.colum.in ver.quero que est ratio differen-
tie,hinc de iure cõmuni in prima decisione dixit,quod obligatio
naturalis que extinguitur per obuentionem hereditatis: extin-
guitur pro

guitur pro illa quota pro qua successit filius debitor patri: alia vero pars debiti que transiuit simul cū peculio ad fratrē creditorem que extinguitur per obuentionem peculij: et sic per quandam sol. extinguitur eatenus quatenus est peculium. si tamen peculium est tantum quantum erat alia pars debiti: debitum extinguitur in totum. si minus est, extinguitur in minus, vt expresse dicit
7 tex. † Quarto ad euidentiam premitto q̄ de iure isto ffor tam pecunia aduentitia quam profectitia in totum sunt patris, et in eius dominio: hodie immutatum est per iura. C. ideo peculia aduentitia et profectitia quorum administra. haberet filius viuo patre: sunt i dominio patris sicut alia pecunia patris licet tenuta et administratio sit penes filium. vnde cum mortuo patre desinat esse peculium. l. fi. in fi. C. de inofficio. testamen. et sic mortuo patre sit sublata illa qualitas q: sicut alia pecunia patris omnes res patris diuiduntur inter filios: mortuo patre, ita illud quod viuente patre dicebatur peculium et per mortem non est amplius peculium, relinquitur quod diuiditur inter fratres sicut alia pecunia nec debet conferre qui habet peculium. l. filie licet. et ibi Bald. ad hoc intelligit. et l. si donatione. C. de colla. et l. certum. C. fami. ercis. et declarat Barto. hic in. v. col. circa princi. et etiam in. x. colum. circa finem. et si pater tale peculium in testamento prelegaret in totum vni filiorum, certe tale peculium dicitur exire de toto corpore hereditatis, et non de parte illius filij cui prelegatur. Et ideo cum istud peculium prelegatum extrahatur de vniuersa hereditate: certe prout extrahitur de parte filij coheredis valet vt prelegatum: quatenus autem extrahitur de parte ipsiusmet filij non vz vt prelegatum: q: a seipso sibimet legari non potest. non enim quis pōt esse legatarius et heres sed vz vt hereditas: et illud hz iure hereditatis non prelegati. tex. est in. l. qui filiabus. §. fin. iuncta
8 l. seq. de leg. j. et istud no. ad intellectū versi. adeo. † Quinto premitto qd ver. porro. in quo ponitur conclusio: legit altero de duobus modis. vno modo fm Ang. hic in. iij. col. qd intelligat eū. s. fratrē creditorem: et vult dicere text. frater debitor tenet conseruare indemnem fratrē creditorē cauendo sibi de satisfaciendo in eo quo sibi erit debitor sicut faceret aduersus extraneum: ego intelligo tex. totū econtra qd intelligat eū. s. fratrē debitorem qui cōtraxit cū haberet peculium quemadmodū si contraxisset cum extraneo: et sibi nondum soluisset: in diuisione peculij frater creditor dz sibi precauere q̄ conseruabit eum indemnem ab illo extraneo: multo magis dz conseruare eū indēnem ad se cōpensandū vel restituendum, si qd plus debito accepit: et ita in specie declarat Alb. hic in iiij. col. et Bal. in. l. si. in. iij. col. C. qd cum eo. et ista euidētialia sunt
9 vsq ad ver. quesitum. † Nunquid ad euidentiam versi: quesitum.
a premitto q̄ licet pater et filius[a] censeātur eadem persona. l. fin. C. de impub. §. ei qui. insti. de inuti. stipula. tū q: volūtas patris non est absolutoria, regulariter pater nō obligatur ex contractu filij vel ecōtra. et ad hoc factus est titulus. C. ne filius pro patre. istud fallit in tribus casibus. et ita tres titulos habemus immediate sequentes de pecu. de in rem verso. et qd iuss. nam si pater filio peculium cōcessit obligatur pater ex contractu filij q: cōcedendo sibi peculium tacite videt velle et vult q̄ obligari possit per filium, tū q: voluntas patris non est absoluta sed limitata eatenus quatenus est peculium: ideo pater ex contractu filij habentis peculium nō obligatur insolidum et absolute: sed quatenus est peculium. hz tamen priuilegiū in isto peculio, q̄ si aliquid sibi debeatur a filio naturaliter, pater preferatur alijs creditoribus: et primo deduci debet illud qd patri debetur. l. j. in princ. ff. de tribu. pone q̄ talis filius qui habebat peculium emancipetur a patre vel moriatur certe mortuo vel emancipato filio, desinet esse peculium. l. fi. in fi. C. de inoffi. testa. et cōsequēter de rigore iuris pater amplius non tenetur, tū q: iniquum etiā est q̄ creditores absq eorū facto fraudarentur ideo pretor adinuenit titulū. ff. qñ ac. de pecu. est anna. per quem statuit de equitate contra rigorem iuris: qd lz sit filius emancipatus: et sic nullum sit amplius peculium, pater teneatur intra annum a tēpore emancipationis filij ac si filius adhuc esset in potestate. Ex hoc infero qd prouisio illius tituli quando actio de pecul. est annalis, non habet locum quando pater obligaretur p filio vel qd iussu vel de in rem verso, istis duobus casibus licet filius emancipatus sit vel moriatur pater tamē perpetuo tenetur, q: non tenetur tanq̄ de peculio, sed quia iussit filio, vel q: versum est in rem suam, de vtroq habetis text. in. l. macedoniani. C. ad mace. ¶ Istis sic premissis diuido istam legem in duas partes principa. In prima loquitur de mutuo contracto inter duos fratres in potestate. In scda que est in versicu. quesitum. loquitur de mutuo contracto inter patrem et filium vel econtra. Prima pars principalis subdiuiditur per glos. nostram in. vi. particulas vsq ad dictum ver. quesitū: sed ego plenius et clarius loquar. In prima ponitur thema. In secunda elicitur questio. In tertia ponitur responsio que est bimembris. In quarta assignatur ratio secundi membri, et q: illa ratio videtur in effectu eadem cum dicto ex illa expressa sequitur ratio tacita. In quinta illa ratio tacita comprobatur per tria similia. In sexta et vltima ponitur conclusio. Secunda ibi quesitum est. Tertia ibi respondi vtiq. Quarta ibi, naturalem enim. Quinta ibi adeo. Sexta ibi porro. Eodem modo secunda principalis subdiuiditur in duas. In prima loquitur quando pater mutuauit pecuniam filio. In secunda loquitur econtra quando filius patri mutuauit. Secunda ibi: contra. hoc dicit in effectu. Ex mutuo celebrato inter fratres existentes in potestate patris oritur solum naturalis obligatio que incontinenti acquiritur patri: et eo mortuo pars istius naturalis obligationis extinguitur propter partem hereditatis obuenientem fratri debitori iure confusionis, alia pars naturalis obligationis extinguitur si tantum de peculio obuenerit fratri mutuanti quantum est illa alia pars obligationis naturalis, q: tali obligationi contracte per habentem peculium debet solui de ipso peculio cum sit onus peculij et transeat ad quemcunq ad quem transit peculium: vt patet in tribus exemplis positis in tex. hoc dicit tota prima pars principalis. Et ex contractu mutui celebrati inter patrem et filium in potestate vel econtra oritur naturalis obligatio que impedit repetitionem sol. facte per filium: postq̄ fuit emancipatus patri vel econtra. Casum in terminis in hac. l. figurant marti. fi. Albe. de rosa. in. iij. et. iiij. col. Ange. in apostillando text. Pau. per tres col. item Bald. in paucis verbis sed bonis in. l. fin. in. iij. colū. C. qd cum eo. vbi reassumit totam materiam huius. l. sed ex figuratione casus quā isti docto. ponunt, non videtur mihi qd sufficienter et satis clare declaret ista. l. ideo casum figuro sub hac forma. Pater habebat duos filios in potestate quorum vnus 9 vocabatur meuius, alius titius, et quia meuius erat grādior natu et industriosus, pater permittebat sibi administrationem omniū rerum paternarum nomine tamen patris, et non tanq̄ peculium. Alius frater titius minor natu parum erat industriosus et se non impediebat de administratione domus aut rerum paternarum, pater tamen concesserat sibi. x. in peculiū, de quibus possit mercari contrahere et negotiari ad libitum suum. contigit qd dum iste titius pecunia indigeret accepit a meuio fratre maiore. x. mutuo, que decē erant de pecunia patris patre consentiente, vel etiā de peculio ipsiusmet fratris q: in hoc non est vis et nec glo. aut docto. discutiunt. In hoc clarum est, qd ex isto contractu mutui celebrato inter istos duos fratres existentes in potestate patris, oritur solum naturalis obligatio vt dixi in primo euidentiali, et ista naturalis obligatio fuit statim quesita per filium patri et penes filium nihil remansit, quicquid dicat glo. j. et sic titius. frater minor nunc est obligatus patri suo naturaliter ad. x. ex persona alterius fratris. Contigit successiue qd mortuus est pater ab intestato, vel etiam si vis condito testamēto, propter illud qd. j. dicit de prelegato tamen illud potuisset fieri in codicillis: mortuo patre isti duo fratres successerūt in vniuersa hereditate patris, quilibet eorum, pro dimidia. Et sic illa obligatio naturalis de decem que in totum erat quesita patri: nunc eo mortuo diuiditur inter istos duos fratres heredes, et vna dimidia: scilz de quinq spectat fratri meuio mutuanti: alia media de quinq spectat fratri titio qui recipit. Isti fratres diuiserunt inter se vniuersum patrimonium patris: et consequenter diuiserunt etiam illa. x. que erāt cōcessa in peculium ipsi titio: cum illa essent patris, et mortuo patre desinat esse peculium: et sic illa. x. sunt sicut residua pecunia patris et ita inter eos equaliter fuit diuisa: istis sic iam subsecutis, titius frater minor de suo proprio: et sic de sua parte soluit meuio tota. x. que ab ipso meuio mutuo acceperat patre viuente, siue per errorem iuris: siue per errorem facti, q: non facio vim: vt. j. dicetur istud fuit qd dedit materiam dubitandi. Quesitum ergo fuit ab Affricano iuriscon. nunquid titius qui illa. x. soluit post mortem patris, possit ea repetere per condi. inde. a fratre meuio tanq̄ indebite soluta: dubium faciebat qd non posset repetere, q: erāt naturaliter debita, et naturalis obligatio impedit repetitionem sol. Breuiter Affricanus iurisconsul. in effectu vult ostendere, qd tota ista. x. sunt omnino indebita: q: naturalis obligatio ante solutionē erat in totum ipso iure sublata. et per consequens vult in effectu decidere qd tota. x. repetantur per condictio. indeb. quocunq errore sint soluta: siue iuris siue facti: quotiescunq aliquid est omnino indebitum, quia non debetur nec naturaliter nec ciuiliter, indistincte potest illud repeti quocunq errore soluatur, vt declarat glo, et doc. in. l. j. §. eo. restat ergo solum probare qd naturalis obligatio fuerit in totum ipso iure sublata: q: sic apparebat, qd erat totaliter indebitum: ad istud probandum tendit totū illud quod sequitur in versi. respondi. vsq ad versi. quesitum. Clarum est, quod obligatio naturalis causata ex contractu mutui in totū fuit quesita p filium patri, et nihil remāsit penes filiū mortuo patre. Ista obligatio naturalis fuit diuisa inter filios. equaliter: dimidia que est de quinq spectat meuio fratri mutuanti, alia dimidia de quinq spectat titio debitori: cū ergo titius debitor suc

¶ Pater et fili[a]. Adde glo. in. c. sup eo. el. ij. de testa. et. in. §. hoc aūt. xxxv. q. iij. abb. gfi. lpnū. in cip. vī pmo dictū legas. lū. in. j. vol.

cesserit patri creditori in quinqꝫ, sequitur ꝙ iure confusionis vt idem non sit debitor ⁊ creditor extinguatur obligatio de quinqꝫ ⁊ sic pro media parte: istud vult dicere tex. ibi respondi vtiqꝫ. pro illa parte pro qua ipsi patri heres extitisset repetiturum. nā cum pro illa parte iure confusionis debiti et crediti sit ipso iure extincta naturalis obligatio indubitatū est qđ quantū ad illa quinqꝫ datur repetitio. Restāt alia quinqꝫ in qbꝰ frater meuiꝰ creditor successit, que non sunt extincta iure confusionis: quia quātū ad illa debitor non successit creditori: ⁊ ista sunt super quibus pendet difficultas. iurisconsultus in ver. pro ea vero. vult probare ⁊ probat, quod etiam quo ad illa quinqꝫ obuenta in partem fratri meuio qui mutuauit sit ipso iure extincta obligatio naturalis, eo qꝛ sibi tantum obuenit de peculio titij quātum sunt illa quinqꝫ: nā presupponit ꝙ frater Titius habebat. x. in peculio tempore quo accepit. x. mutuo a meuio, ⁊ regula est quod quādo habens peculium facit cōtractum ⁊ se obligat, ꝙ illa obligatio debet solui de peculio, qꝛ est onus peculij reale: ⁊ ad quemcūqꝫ transit peculiū eatenus quatenus transit peculium, eatenus sequitur ⁊ concomitatur illa obligatio, tanꝙ lepra leprosum nec talis obligatio potest a peculio separari. Ergo cuꝫ de mutuo solum restent quinqꝫ ⁊ peculium titij fuisset decem: ⁊ fuit diuisum inter fratres sicut alia bona patris, ergo meuius frater habet quinqꝫ de peculio ergo illa habet cum sua obligatione, ergo per obuentionem peculij de quinqꝫ extinguitur obligatio naturalis mutui que erat de quinqꝫ iure solutis: sicut ei fratri mutuanti quinqꝫ fuissent soluta: ⁊ ideo si obuentio peculij fuisset in minus quā quinqꝫ, nō esset in totuꝫ extincta obligatio de qnqꝫ, sed pro rata: istud est qđ vult dicere ibi. pro ea vero qua frater meuius qui mutuauit extitit heres non extinguitꝰ obligatio per obuentionē hereditatis: et sic iure cōfusionis: sed extinguitꝰ ꝑ obuentionē peculij si non sit minus quā debitū: qꝛ regula est qđ naturalis obligatio causata ꝑ habētem peculium cū sit irradicata in peculio trāsit ad eum ad quem trāsit peculium: sed cum peculium de quinqꝫ: et sic medie partis trāsiuerit ad fratrē meuiū qui mutuauit: ⁊ sic penes eū sit obligatio passiua, apparet ꝙ naturalis obligatio est extincta, ⁊ ista etiā extinguitꝰ iure cōfusionis, qꝛ cū obligatio passiua que est in peculio trāseat ad fratrem qui mutuauit penes quem restabat debitū naturale de alijs quinqꝫ, ergo ne idem sit debitor ⁊ creditor. extinguitur per obuentionem peculij iure etiam confusionis: ne idem sit debitor ⁊ creditor, aliter tamen quā in casu precedenti. Ex istis oībus concluditꝰ qđ cum obligatio naturalis de. x. mutuatis titio sit ipso iure sublata quo ad quinqꝫ que in diuisione perueniunt ad titium fratrem debitorem iure confusiōis. Item in alijs quinqꝫ que restant ⁊ debeantur meuio qui mutuauit: obligatio de illis quinqꝫ extinguatur: qꝛ tantū obuenit sibi de peculio: ī quo peculio erat obligatio passiua, cum sit onus peculij: ergo relinquitꝰ qđ cū obligatio naturalis esset ipso iure sublata quo ad omnia. x. qđ illa. x. postea soluta per titium fuerunt in totum indebite soluta: ergo repeti possunt ꝯ cōdi. inde. hic est casus vsqꝫ ad versi. adeo. Instat querens. in versi. adeo domine iurisconsulte vos dedistis mihi vnā responsionem subtilem, qđ obligatio naturalis ipso iure extinguitꝰ: hoc ipso ꝙ tātū obuenit de peculio illiꝰ in cuius persona durabat debitū actiue: ⁊ sic ex hoc datur mihi tacite intelligi, qđ si filius habens peculiū contrahit, qđ obligatio que oritꝰ ex contractu efficaciter residet in peculio ⁊ est onus peculij ⁊ debet solui de peculio ⁊ non aliter. Ego vellem qđ probaretꝰ mihi istud qđ obligatio sit onus peculij affixum peculio: et sequatur peculium: et sic vt lepra leprosum ad quemcunqꝫ vadat. Et isto modo intelligam ꝙ illud qđ dixistis in versi. naturalem. erit verum: respōdet Affricanus in versi. adeo. ego probabo istud per tria exēpla. Primū exemplum est pone in terminis. l. nostre. pater ante partē prelegauit totum illud peculium qđ erat de. x. titio. isto casu peculium obuenit titio qui mutuo acceperat decem in vita patris: in isto peculio est obligatio ex illo contractu et onus: isto casu frater meuius tēpore diuisionis hereditatis pōt petere quod deducantꝰ quinqꝫ sibi debita, ⁊ titius frater qui hꝫ peculiuꝫ tenetꝰ sibi soluere, ex quo sibi nunc vltra obligationem obuenit totum peculium, ergo apparet ꝙ ille ad quem deuenit peculium est ille qui in effectu obligatur, ⁊ qui debet đ peculio soluere. Et ex. h. d. Ang. in. iij. col. in duobus locis sing. probari. vnum in text. quod est mirabile fm eum: ⁊ bene, qđ licet sola obligatio naturalis nō sit potens ad agendū: ⁊ multominus ad exigendū: est tamen potēs vt tempore diuisionis hereditatis possit frater creditor petere qđ deducatur ante omnia istud qđ naturaliter tantum debetꝰ ⁊ istud potest consequi ⁊ petere ab arbitro deputato ad diuidendum: sed illud ideo est (licet ipse nō dicat) propter peculiū cui est annexa obligatio naturalis, alias istud non procederet vt. j. dicā in secundo no. Secundum exemplum ponitur in ver. Idqꝫ maxime, qđ obligatio sit onus peculij: ⁊ nō onus illius qui cōtraxit. Et qđ transeat ad quemcūqꝫ ad quem peculiū transit: ⁊ nō trāsit obligatio penes illum qui contraxit donec aliquid superest de peculio ⁊ ꝓbat sic. Pone qđ iste frater idemqꝫ filiꝰ habēs peculiuꝫ contraxisset cum vno extraneo: ex quo contractu sequuta fuisset obligatio: certe iste extraneus potest conuenire non solum illum cū quo contraxit qui obligatur sibi ciuiliter ⁊ naturaliter ex persona sua. l. tam ex contractibus. ff. de iud. l. filiusfa. ff. de act. et ob. sed etiam potest cōuenire pro rata vnūquemqꝫ ad quem peruenit aliquid de isto peculio. Pone nūc ꝙ mortuo patre iste extraneus conuenit solū illum cum quo cōtraxit: ⁊ ille coactus in iudicio sibi totum soluit: certe licet ipse fuerit ille qui fecit contractū et qui soluerit totū: tamen poterit repetere a coheredibꝰ in iudicio familie erciscū. tantum quantū ad vnūquemqꝫ de illo peculio obuenerit, ⁊ per hoc datꝰ plusꝙ clare intelligi, qđ obligatio contracta per habentem peculium lꝫ obliget contrahentē naturaliter ⁊ ciuiliter: qꝛ filiusfami. ciuiliter ⁊ naturaliter obligatur ex omni cōtractu preterꝙ mutuo ⁊ voto vt iuribus preallega. tū illa obligatio effectualiter est onꝰ peculij ⁊ debet solui de peculio. Et si filius qui contraxit post mortem patris soluat de suo proprio extraneo, potest recipere a fratribus tantū inquantum ad eos peculium obuenerit. Ex hoc sequitur tertium exemplū positum in ver. igitur, qđ si talis filius habens peculium contraxit cum extraneo ipsi sibi vt dixi naturaliter ⁊ ciuiliter obligatur: tamē debet solui de peculio si post mortem patris nihil adhuc soluit extraneo: ⁊ sic adhuc res est integra in diuisione hereditatis in qua simul diuidetur peculium: potest iste frater qui contraxit cogere alios fratres vt ei caueant de conseruando eum indemneꝫ aduersus illum extraneum creditorem cum quo contraxit pro rata peculij vnicuiqꝫ obuenientis. Et pro hoc concludit iuriscon. in ver. porro. qđ si iste frater debet conseruari indemnis quo ad extraneum cū quo contraxit, multofortius debet indemnis conseruari a fratre suo a quo mutuum accepit, vt frater sibi compenset peculium qđ accepit ⁊ aliam pecuniam fratris indebite receptā restituat ꝑ condi. inde. iste est casus clarus et nitidus vsqꝫ ad ver. questitum. Pro faciliori memoria ⁊ breui declaratione huius legis reperiuntur aliqui versus cōtinentes diuisionē huius legis et aliquam facti narrationem. ⁊ Albe. hic in. j. col. ponit primos nouem versus: quos ego emendaui vbi opus est: deinde quosdā alios addidi vt perficerem totam. l. vsqꝫ ad ver. questitum. Et qꝛ obligatio non posset cadere in versu: eius loco ponitur actio improprie gratia metri.

Sex facit hic frater presenti lege notanda.
Factum proponit, querit, respondet ⁊ addit
Causam responsi trina ratione probando.
Deniqꝫ concludit ex his que dixerat ante.
Nam duo sunt fratres in patris iure manentes,
Titius ⁊ meuius: contraxit titius iste
Cum meuio fratre, nummos patris accipiendo.
Pone decem mutuo numeratos nomine patris.
Ex hoc contractu nature iure tenetur
Titius hic patri, ciuili iure remoto:
Quo patre defuncto, successit vterqꝫ parenti.
Quilibet in partem: fuit ⁊ quesita duobus,
Que naturalis patri fuit actio parta.
Titius extinguit propria: cum sit patris heres.
Sic fit qn̄ debens succedit debere debenti.
Ad reliquam partem, meuio manet actio salua.
Sed perit obuentu secti cum fratre peculi.
Namqꝫ profectitio, sic sunt affixa peculo
Jura: qđ id semper velut egrum lepra sequuntur.
Hoc in versu adeo trina ratione probatur.

10 ¶ † Nunc ex versi. questitum. iuriscon. probat ꝙ ex mutuo contractu inter filium et patrem in potestate oriatur obligatio naturalis: que impedit repe. solu. si filius postea emancipatus patri soluat: ⁊ qđ inter patrem ⁊ filiū in potestate oriatur naturalis obligatio probatur: qꝛ filio emancipato desinat esse peculium et pater de rigore iuris non teneatur: tamen ex equitate pater potest conuenire intra annū: sed pater deducet illud qđ filius sibi debebat naturaliter: ergo patet qđ inter patrem ⁊ filium in potestate potest contrahi debitum naturale ⁊ si filius emancipatus patri soluat, non potest repetere. Fallit nisi filius tempore quo contraxit cum patre habuisset peculium, ⁊ illud ad patrem peruenisset quia per obuentionem peculij filius liberatur a patre sicut si sibi soluisset cū obligatio sit onus peculij prout dictum fuit in prima parte. l. In tex. ibi pro ea parte qua ipse patri heres extitisset. ratio est qꝛ pro ea parte filius debitor succedit patri creditori: ⁊ sic iure confusionis extinguitur ipso iure pro ea parte obligatio naturalis vt declaraui. §. in. ij. euidētiali. In text. ibi ꝙ peculij partem frater sit consequutus subaudi: ⁊ ratio est qꝛ cum ista obligatio naturalis contracta per habentē peculium sit onus peculij ⁊ debeat de peculio solui: ergo apparet ꝙ extinguitur inquantum peculium

peculium peruenit ad fratrem q̃ ui mutuauit, ꝛ ad istam ratione
subintellectam vadunt tria exempla text. que sequunt. In text.
ibi, adeo: subaudi adeo scꝫ ipsa obligatio est onus peculij, ꝛ pecu
lij successorem comitat qđ sequit vt. j. in tex. In text. ibi si extra
neo qđ debuisset, intellige ex alia cã ꝛ ex alio ɔtractu quã mutui
vel si vis intelligere de mutuo intellige in casibus in quibus si fi
liusfa. accepit pecuniam mutuo cessat macedonianũ propter ver
bum exactum, qđ. j. sequit: nam in mutuo non potuisset a filiofa.
inuito exigi cum sit tutus exceptione macedoniani etiam postq̃
fuerit sui iuris. l. si. ff. ad macedo. Ultra notabilia que literaliter
11 colligi possunt in tex. ꝛ patent ex supradictis: noto in versi. † natu
ralem: debitum contractum per filiumfa. vel seruum quãdo ha
bent peculiũ dicit onus peculij, ꝛ dꝫ exolui de peculio ꝛ concomi
tatur quemcũqꝫ ad quem transit peculium, sicut lepra leprosũ,
vt declaraui. §. in. iij. euidentiali. intellige tamen quando peculiũ
transit ad aliquẽ, titu. vniuersali: vt in hoc tex. titu. hereditario:
si autẽ transiret titulo sing. puta donationis vel emptionis: tunc
si transit simul cum seruo transit etiam onus peculij: ꝛ sic est idẽ
qđ in casu precedẽ. l. et ancillarũ. §. si seruus. ff. de pecul. alias se
cus. l. j. §. item heres. vbi glo. ff. q̃n act. de pecu. est anna. ꝛ declarat
latius Barto. hic: in. xiij. colũ. in versic. venio ad secundam glos.
12 magnam. † Secundo noto in versi. adeo. esse hic tex. sing. ꝛ etiam
mirabilem ẜm Ange. in. iij. col. in duobus locis: q̃ lꝫ sola obliga
tio naturalis non sit potens ad agendũ ꝛ multominus ad exigẽ
dum: tñ est potens vt in diuisione hereditatis q̃ sit inter fratres
possit deduci illud qđ naturaliter tm̃ debet: sicut si deberetur na
turaliter ꝛ ciuiliter: ꝛ huius debiti naturalis dꝫ haberi rõ per ar
bitrũ assumptum ad diuidendũ hereditatẽ, tu intellige sane quã
do tale debitũ naturale est connexum peculio, ꝛ in istis terminis
proprie loquitur iste tex. Sed q̃n esset debitũ naturale de per se
sine peculio: non est verum q̃ in diuisione hereditatis fieret eius
deductio. l. si quid possessor. §. sed ꝛ si ipsi. ff. de peti. here. l. meiuꝰ.
in princ. cum gloss. ff. fa. erciscũ. ꝛ declarat in specie Barto. hic: in
13 si. prime questionis quã ponit in. xviij. colũ. † Tertio principali
ter noto. in versi. igit: q̃ si filius habẽs peculiũ ɔtraxit: ex quo con
tractu remanet obligatus: tñ cũ ista obligatio sit proprij peculij:
debet in diuisionem hereditatis et peculij conseruari indemnis
per fratres suos. ꝛ gl. parua in verbo indemnis, subaudi scilꝫ per
cautionem: ꝛ sic fratres debẽt sibi cauere q̃ eũ indemnem serua
14 bunt a quocũqꝫ creditore peculij. † Et ex hoc infert Ange. hic: in
iij. colũ. esse hic casum no. ꝛ quotidianũ in argu. qđ si sunt plures
mercatores socij et veniunt ad diuisionem, mercantie vel fundici:
si ille qui exercuit fundicum debeat: puta mille ducatos alijs nõ
potest aute omnia deducere istam pecuniaꝫ vel tantũ retinere de
mercibus vt satisfaciat creditori fundici: sed sufficit qđ mercato
res promittãt ꝛ caueant eum seruare indemnem: adde de hoc in
terminis glo. no. in. l. certum. in glo. si. super verbo condemnatus
C. familie erciscũ. caue tamen q꞉ habemus duos textus expressos
no. qui volunt qđ si debitũ sit purũ debet statim solui: sed si esset
debitum in diem vel sub conditione tunc bñ sufficit prestare cau
tionem de conseruan. socium indemnẽ. l. si socij sumus. ꝛ. l. prece
denti que incipit omne. ꝛ ibi Albericus. ff. pro socio. Tenẽdo ta
men illud qđ tenet Ang. limita verũ nisi talis socius iam esset ꝑ
sententiam condemnatus, tunc enim posset retinere tantas mer
ces in diuisione que sufficiant ad satisfacien. tex. est in dicta. l. cer
tum. C. fami. erciscũ. imo singularius si socius non ꝑ sñiam esset
condẽnatus: imo esset obligatus per instrm̃ qđ haberet execu. pa
ratam ex forma statuti, etiam per schedulam priuatã mercatoris
que haberet execu. ex forma statuti: tũc esset perinde acsi esset cõ
demnatus, ꝛ posset retinere tot merces, ꝛ istud vltimũ tenet Cy.
ꝛ Bal. in. d. l. certũ. ad hoc bene facit illud qđ sing. multũ tꝫ Bar.
in. l. fideiussor ꝑ venditore. ff. de fideius. scitis enim quod q̃ fideiu
bet pro aliquo, nihil põt petere a principali debitore donec ipse
soluat. l. lucius. ff. manda. ꝛ vide ibi glo. ponentẽ quasdam fallen.
ad hoc dicit singu. Bar. in. d. l. fideiussor. q̃ si fideiussor esset obli
gatus per publicũ instrꝫ qđ ex forma statuti haberet execu. para
tã: certe iste fideiussor potest repetere a principali debitore, sicut
si soluisset: ꝛ tenet etiã Bal. in. l. si pro ea. in. iiij. colũ. C. man. istud
tionem dominij,non ex sua natura:sed qꝛ adiectũ est obligationi
generis.l.non amplius.§.fi.ff.de lega.j.(Et ex hoc habes ꝙ si ver-
bum suscipere vel recipere adijcitur certe rei vel speciei non im-
portat trãslationẽ dominij:casus est hic,sed si verbũ recipere vel
suscipere adijciat̃ quãtitati vel generi tunc importat trãslationẽ
dñij nõ ex natura verbi:sꝫ ppter rẽ cui adijcit̃:ita loquit̃.d.l.cũ mo
3 ta.& ibi Bar.& Mod.idẽ Bar.in.l.fi.ff.de ꝯdi.ob cãm.†(Tollite
optimũ sire & milies audiuistis hoc anno,ꝙ verbũ trado nõ im-
portat trãslationem dominij.l.si rem tradi.cũ si.ff.de verb.ob.tñ si
promitto tradere aliquid in genere vel in quantitate intelligit̃ de
translatione dominij,nõ ꝙ verbũ de sui natura istud denotet sed
ppter naturã rei,glo.est in cõi reputata sing.in.l.si a substituto.
§.fi.cum.l.seq.& in illa.l.seq.est gloss.ff.de leg.j.& ibi ponderãt oẽs
4 docto.presertim Imo.†Tollit etiã aliud simile venditor nõ te-
netur trãsferre dominiũ sed solũ tradere possessionẽ.l.j.circa me-
diũ.ff.de rerũ pmu.cũ si.(Imo si venditor pmitteret expresse trãs-
ferre dñiuꝫ rei vẽdite nõ esset vẽditio,sed ꝯctus innoĩatus.d.l.fi.
ff.de ꝯdi.ob cau.(istud est verũ si vẽderetur certa res vel certa spe
cies(sed si venderem aliqd in gñe vel quantitate venit translatio
dominij:ita Bar.in.l.ex empto.in pn.ff.de act.empt.in.l.ij.ad fi.
prin.ff.si cer.pe.& Pau.de ca.hic(& ista sunt verissima & tenẽda:
cõsyderabam tñ si poterat aliter respõderi ad illam.l.cũ mota.in
ver.partẽ bonorum susciperet.vbi verbum susciperet:importat
translationẽ dominij contra tex.nostrũ:qd illa sit ppter subiectã
materiam:qꝛ verba intelligi debent sm materiã subiectam etiaꝫ
si improprientur.l.insulam.ff.eo.l.si olei.C.loca.l.si vno.ff.loca.in
prin.(sed ibi conuentio illa erat facta in cõtractu trãsactionis in
qua venit dare vel remittere.l.transactio.C.de transac.vbi ergo
nimirum si verbum suscipiat,intelligitur sm materiam subiectã
que importat translationem dominij tamẽ mihi nõ placet:qꝛ ne-
cessario in transactione non venit translatio dominij.tex.est in.l.
si causa cognita.ibi rei ven.pendente.& ibi no.Pau.de cast.C.de
5 trãsac.¶ † Scdo no.ibi:si aũt rem do vt rẽ accipiã.ꝙ si do reꝫ vt
rem accipiã nõ est emptio sꝫ est contractus innominatus:intelli-
ge verũ qñ a prin.ita esset conuentum ꝙ darem tibi rẽ vt rem ac-
ciperem(sed si a prin.ita esset cõuentũ vt darẽ tibi pecuniã vt ac-
ciperem rem,lꝫ ex postfacto pro illa pecunia de cõmuni consensu
trado tibi speciem erit tamen emptio,qꝛ ad hoc vt sit emptio suf
ficit ꝙ a prin.sit ꝯuentũ ꝙ ex parte vnius interueniat promissio
rei,ex parte alterius interueniat pecunia:& tñ ex postfacto potest
dari res pro pecunia.Ratio est:qꝛ atendimus ꝙ a prin.actuꝫ est,
6 vide hic Pau.de ca.ita declarantem.¶ † Tertio not.ex tex.ibi:
sed vt dãneris mihi quãti interest mea.hic esse tex.sm Barto.et
doc.ꝙ lꝫ in ꝯctibus noĩatis in obligationib⁹ dãdi teneatur quis
precise dare nec soluẽdo interesse liberetur.l.vbi autem.§.fi.ff.de
verb.obli.(tñ in contractibus innominatis qui promisit dare non
tenetur precise ad dãdum nec potest cogi precise dare:imo condẽ
natur ad interesse.& Pau.de ca.reputat istud esse singulare:& idẽ
tenet glo.in.l.vnica.& ibi Cy.in.iiij.q.Bar.& alij.C.de sent.q pro
eo qd interest.& rationem diuersitatis vide per Bar.& alios in.l.
stipu.non diui.in.x.& xj.opp.ff.de verb.oblg.(tñ tex.iste non pro-
bat necessario,qꝛ in isto tex.dederat quis rem vt rem acciperet p
verbum acciperet:& sic nõ erat verbũ daret qd necessario impor-
tat translationem dominij(& sm Bar.forma libelli erit talis qꝛ pe
tit actor rem sibi dari & si dare noluerit petit interesse:& sic admit
tetur libellus alternatiuus:prout etiam admittit̃ in.l.j.in princ.
7 ff.de act.emp.¶ † Vltimo no.in ver.sed si scyphos.ꝙ in contra-
ctibus innominatis periculũ est eius qui debet rem recipere,non
eius qui debet rem dare,sicut dicit gl.videmus etiã in emp.& vẽ-
di.§.cũ autẽ.insti.de ꝯhen.emp(Cõtra istum tex.glos.fortiter op-
po.de.l.fi.ff.de condi.ob cau.vbi tex.de directo dicit oppositũ ei⁹
qd hic,qd periculũ est eius qui debet dare nõ eius qui debet reci-
pere(Gloss.ponit plures solu.Penultima solutio est vera ꝙ peri-
culum est debentis recipere q̃tũ ad hoc vt non possit agere cõtra
aduersariũ vt impleat ꝯtractũ vel soluat interesse:ita loquit̃ iste
tex.tñ põt repetere illud qd dedit & sic periculum q̃tuꝫ ad impe
diendum repetitionẽ nõ spectat ad eũ:ita loquit̃.d.l.fi.& ibi ple
ne abunde tetigi(Et ex hoc ptꝫ responsum ad regulam.l.pign⁹.
C.de pig.actio.nam regulariter res perit periculo ei⁹ cui⁹ est.nã
ita etiã est hic:sꝫ possum petere qd est datũ:& tñ si periret peri
culo eius cuius est,non possem repetere qd datum est.

1 ☞ In locatione vel emptione quid requiratur.
2 In quibus possit esse locatio & quibus non.
3 Pars non implens dicitur in mora.
4 In ꝯctu do vt facias,q fecit,ꝯ nõ facientẽ cõpetit actio de dolo.
5 In contractu innominato facio vt des cõpetit actio prescriptis
verbis contra non dantem.

At cum do. Iste.§.est multũ difficilis & multũ sub-
tilis:& dicit Pau.de ca.hic bis se puta
re ꝙ si iuriscõ.viueret ꝙ non posset defendere istã decisionẽ.h.d.
Si datur pecunia pro facto qd locari solet dicit̃ locatio:sed si da
tur alia res q̃ pecunia:vel est factũ qd nõ cõsueuit locari dicitur
ꝯctus innoĩatus pariens actionẽ prescri.ver.ad interesse & ei qui
fecit,cõtra eum qui nõ pfecte dedit,si fuit sciens datur actio de
dolo:al's datur actio prescrip.verb.h.d.vsqꝫ ad.§.quod si faciã.
1 ¶ † Noto optimũ tex.ꝙ qñ do vt aliquid facias ad hoc vt sit lo-
catio duo copulatiue requiruntur.Primo ꝙ interueniant pecu
nia:qꝛ sicut in emptione & venditione requirit̃ pro substantia qd
interueniat preciũ in pecunia numerata:ita etiã in locatione et
ꝯductiõe requirit̃ p substãtia ꝙ interueniat p̃ciũ in pecunia nu-
merata(Secũdo requirit̃ ꝙ sit tale factũ qd locari soleat:si alterũ
ex istis deficiat nõ erit locatio sed ꝯctus innoĩatus:ideo si nõ in-
terueniat pecunia sed res,erit ꝯctus innoĩatus:eodẽ mõ si sit fa
ctum qd locari nõ soleat:& põdera multũ tu pꝛecte ꝙ iuriscõ.ex
presse reqrit,ad hoc vt sit locatio qd factũ sit tale qd locari soleat
nõ aũt cõsyderat an sit psona q̃ solita sit locare operas,vel nec so
lum cõsyderat factum ipsum:ita etiã est glo.no.in.l.rogasti.§.j.in
ver.ex locato.ff.eo.(& tñ gl.Bar.& oẽs doc.in.l.si pecuniã.in prin.
ff.de cõdi.ob.cau.in glo.j.& in glos.in ver.repetit̃.tenẽt,ꝙ ad hoc
vt dicat̃ locatio debeat attẽdi:an psona solita sit locare operas:
& tñ tex.noster nõ ꝯsyderat psonã:sed tm̃ factũ:& propterea per-
pendi hoc mane qd do.Alex.in.d.l.si pecuniã.in gl.j.dicit ꝙ iste
§.at cũ do.qui allegat̃ per illã glo.& doc.nõ loquitur in illo ppo-
sito & aliud non dicit(nũc perpendo ꝙ ipse dicit veritatẽ(& quod
ire romã,est factũ qd põt locari:ideo hic est tex.qd etiã si persona
non sit solita locare operas diceret̃ tñ locatio:tñ tex.in.l.j.§.j.ff.si
mensor fal.mo.dix.cõsyderat personã:an persona solita sit loca
re operas(Ideo puto lꝫ nõ inueniã factũ,ꝙ iste tex.& glo.preall.
debent simul iungi & sic ad hoc vt sit locatio requirunt̃ tria(Pri
mo ꝙ interueniat pecunia(Secundo requirit̃ ꝙ factũ sit tale qd
soleat vel possit locari:vt hoc tex.(Tertio requirit̃ ꝙ persona soli
ta sit locare operas,per glo.in.d.l.si pecuniam.ff.alleg.iungendo
ista oĩa simul credo qd perfecte habeatis veritatẽ.(Trẽ diligenter
attende ꝙ distinctio huius.§.& illius gl.pcedit qñ locat̃ factum
vel opera alicuius bene dꝫ distingui vt hic:an sit factũ solitũ lo
cari vel non(sed si cui locaret̃ vsus alicuius rei p precio,semp di-
ceretur locatio,siue res esset solita locari siue non.glo.est not.quã
multũ signa in.l.rogasti.§.j.in ver.ex locato.ff.eo.quã Pau.de ca.
ibi multũ signat pro limitatione huius text.intellige tñ & limita
vt ibi p Paul.de ca.† Nunc successiue videndum est qño cogno-
2 scemus que facta soleãt & possint locari vel non:vt intelligamus
tex.in quibus possit esse locatio & in quib⁹ nõ(Respõdet mirabi
liter Bar.alij nõ tangũt cõiter,qd quedã cõsistunt mere in facto
vt scribere,pingere,& ista possunt indistincte locari vt hoc tex.(& p
hoc no.tu pꝛecte ꝙ id qd dicebãt glo.& Bar.in.d.l.si pecuniam.
qd ire roma nõ est locatio nisi sit psona solita locare:qꝛ ire romaꝫ
est facti meri:ideo est factũ locabile(Si aũt sit tale qd qd non me-
re ꝯsistat in facto sꝫ habeat mixturã iuris(& tũc aut est tale quid
qd momẽto expedit̃,vt est manumittere,vendere:tale factũ non
est locabile sm Bar.ita loquit̃ tex.ꝙ si tale est factũ & c(sꝫ si esset fa
ctũ habẽs mixturã iuris & qd non expediat̃ momẽto bene põt lo
cari:puta qd pro me intercedas in iudicio bene põt locari.§.sed
si facio.ff.ea.l.(Ista doc.Bar.est multum periculosa & contrarium
stringit fortissimus tex.in.d.l.rogasti.§.j.ff.e.quẽ etiam allegat so
lus Rapha.fulg.hic:vbi pignorare rem meam pro te est actus fa
cti habens mixturam iuris & expeditur momento:& tamẽ locari
põt(& vere tex.ille confundit doctrinam Bart.nisi fortassis dice
res ꝙ ibi habeat tractũ successiuũ:sed male diceres,qꝛ ipse actus
facti prout est in fieri:& sic ipsa pignoratio est actus qui momen-
to expeditur:lꝫ postea effectus sequẽs sit successiuus:qꝛ Bar.nõ
cõsyderat effectum sed cõsyderat actũ facti(Et ppterea ꝯsyderã
ti mihi istũ tex.videt̃ posse dici & est satis de mente litere,qd tunc
factũ videtur locabile qñ est tale qd ex eo põt seq emolumẽtũ pe
cunie:vt in primo exẽplo tex.sꝫ qñ est factũ p qd nõ põt seq ꝯmo-

dum pecuniarū vt est in manumissione serui: tūc factū nō dicitur
locabile, sic mihi vr̄ esse de mēte litere. Et nota ista vt suppleas q̄
3 dicta sunt in illa .l. si pecuniā. in pnci. §. de ꝯdi. ob cau. ¶ †Scd̄o
no. ibi: sine finitum non fuerit ⁊c. esse hic text. expressū ꝓ regula
quā tradit Bar. in plerisq; locis, presertim in .l. de diuisione. in .ij.
op. ff. sol. ma. vbi dicit ꝙ in ꝯctibus vltro citroq; obligatorijs ꝙ
primū vna pars implet ꝓ parte sua statim, si alia pars pōt imple
re ⁊ nō impleat ꝗuis nō sit taxatū aliqd̄ tps ad implendū: tn̄ sta
tim dr̄ in mora. alle. ipse .l. iulianus. §. ex vendito. ff. de ac. emp. ⁊ .l.
curabit. C. eo. poterat allegare istū text. meliorē de corpore iuris
4 ad hoc quē etiā not. Pau. de ca. hic in .iij. no. ¶ †Tertio no. in ꝟ.
fi. ibi: sed si tibi dedi. ꝙ in cōtractu do vt facias illi q̄ fecit, ꝯ illum
q̄ dz dare ⁊ nō perfecte dedit, cōpetit actio de dolo. Et rō est vt
hic inquit Bar. q: lz ista ꝯuētio videat esse do vt facias: tn̄ ex par
te eius q̄ fecit, est facio vt des, vbi cōpetit actio de dolo. Et ex hoc
habes correlarie notare ꝙ i ꝯctu facio vt des: ita demū dat actio
de dolo, qn̄ aduersarius est in dolo: al's nō ita limitat necessario
sequē. §. facit bonus tex. in .l. solent. in fi. §. eo. ¶ Quarto no. ex eo
5 dem tex. †ꝙ in ꝯctu innoiato facio vt des qui resultat ex parte fa
cientis cōtra obligatū ad dandū: si aduersari⁹ nō est in dolo quo
casu pōt cōpetere actio de dolo: puta q: fuit ignorans, tn̄ cōpetit
actio prescrip. ꝟb. Istud vltimū est de directo cōtra. §. immedia
te sequētē: vbi dicit tex. nulla erit ciuilis actio in ꝯtractu innoia
to facio vt des: ideo de dolo dabit ergo nō cōpetit actio in factū
ciuilis, cū ibi dicat nullā ciuilem cōpetere. tex. isti non possent esse
plus contrarij. ⁊ propterea Pau. de ca. hic dicit ꝙ est valde diffi
cile sustinere istos tex. ⁊ ꝙ si iurisconsultus reuiuisceret non pos
set defendere istos tex. postea ipsemet Pau. de ca. in pe. colū. dicit
ꝙ si qs velit defendere istos tex. opus est ire per varios tramites
finaliter ipse dicit aduertendū: qn̄q; facio: hoc est manumitto ser
uum meū vt tu des seruū tuū: ⁊ sic est ex parte mea facio vt des:
aut ex parte tua nihil penit⁹ das, ⁊ sic nullo modo imples: ⁊ tūc
mihi contra te nulla penit⁹ actio ciuilis cōpetit: sic intelligit ipse
§. seq. ꝙ si faciā. Si ꝟo tu q̄ debes dare impleas sed non perfecte,
q: das seruū q̄ euincit: ⁊ tūc bene cōpetit actio ciuilis. s. prescrip.
ꝟb. ꝯtra te: sic intelligit tex. nostrū ⁊ vere ambo tex. videntur loqui
in terminis prout ipse dicit: tn̄ ista solutio non pōt mihi placere:
est eīm multū irrationabilis: nā sequeret ꝙ ille qui nullo mō dedit
esset melioris cōditionis ꝙ ille qui ignorāter bona fide impleuit
lz nō perfecte: q: cōtra eū q̄ nihil penitus impleuit nulla cōpetit
actio ciuilis nec etiā de dolo si non fuit in dolo, sic intelligit. §. seq.
sed si imperfecte impleuit si non sit in dolo cōpetit cōtra eū actio
ciuilis hoc nequaq; placet mihi: tn̄ Pau. de cast. in d. §. ꝙ si faciā
nisus est velle assignare quādā rōnē diuersitatis: ad sustinēdū
istā so. ibi dicet. Cōsyderabā si ille. §. seq. possit iungi cū isto tex. vt
iura iurib⁹ ꝯcordem⁹: nā dū. §. seq. loqtur de ciuili actiōe intelligit
de ciuili actione ordinaria ⁊ noiata illa nō cōpetit: sed bene cōpe
tit actio ciuilis prescrip. verb. extraordinaria. Sed ista solutio ni
hil valet vbi non est ꝯctus noiatus nō pōt queri de actione ordi
naria ⁊ noiata: ideo dū dicit tex. ibi nulla erit ciuilis actio intelli
gitur de ciuili actione prescrip. verb. ⁊ in factū: vt ptz per discur
sum totius tituli: vnū est respōdere nisi dicamus vt rn̄det Alber. ꝙ
Julianus hic relat⁹ pessime dicat in trib⁹, maxime in isto, vt ptz
in. §. seq. tn̄ istud mihi nō placet, q: iuriscōsultus in. §. seq. non re
prehēdit: imo venit aduersando in iure ⁊ in facto, videbimus cras
in illo. §. si poterit saluari. ¶ Glo. j. in ver. at cū do. dic tu melius
ꝙ ꝯctus innoiati nō cognoscunt a mō siue forma ineūdi: vt vult
prima opi. relata in glo. nec etiam cognoscunt a mō exequēdi: vt
vult scd̄a opi. Jo. relata in glo. sed fm̄ Bar. ⁊ doct. sicut in cōtra
ctib⁹ noiatis: vcz in emptione ⁊ vēditione ille q̄ emit dr̄ emptor: il
le qui vendidit dicit vēditor: ⁊ in similibus: ita in isto cōtractu inno
minato facio vt des, ex parte illi⁹ q̄ debet facere dicit facio vt des
ex parte alteri⁹ q̄ dz dare dr̄ do vt facias: ⁊ sic variat fm̄ psonas
ipsarū partiū sicut variant ꝯctus noiati fm̄ Bar. ⁊ doc. hic: ⁊ in
§. seq. ⁊ plene solet tradi in .l. cū mota. vbi locus suus. C. de trasac.
¶ Glo. in verb. pscri. ver. Diuidit in tres partes. In prima op
po. cōtra tex. ⁊ quadrupliciter soluit. In scd̄a colligit ex tex. vnū
not. In tertia colligit aliud not. scd̄a ibi: item no. hic. tertia ibi: itē
not. vtrāq;. ¶ In prima ergo pte opponit ꝯtra tex. ⁊ videt ꝙ ela
pso termino quo seruus manumitti debuit si nō manumittat nō
debuit posse agi pscrip. ꝟ. q: elapso termino ipso iure sit liber ex
constitutione diui pij. l. si is qui. alleg. in glo. Glos. quadrupliciter
soluit. Bar. ⁊ doc. tenēt primā so. ꝙ ꝯuū pcedit in ꝯctu emptiōis
⁊ venditionis. tex. noster in cōtractu innoiato. nā in ꝯctu innoia
to cōpetit actio pscri. ꝟ. ⁊ cōdictio ob cau. ad repetendū, q̄ reme
dia nō hn̄t locū in ꝯctu emptionis ⁊ venditionis vt vidistis in .l.
fi. §. de cōdi. ob cau. ista est cōis solutio doctorū. alie sequentes so
lutiones glos. reprobant cōiter. Vel scd̄o rn̄deo ꝙ aliqn̄ ego tra
do alicui ꝓ viā ꝯctus seruū meū cum hoc ꝙ ille recipiens debeat
istum seruū meū manumittere intra certū tempus: ⁊ in hoc bene
verū est qd̄ elapso isto tpe si nō manumittat ipso iure consequit
libertatē: vt .l. in cōtrariū allegata. Aliqn̄ seruū meū trado alicui
vt teneatur manumittere nō illū seruū meū quē ego do sibi: sed
aliū seruū ipsius recipientis: ⁊ nūc elapso termino ille seruus non
efficitur liber nec a .l. cōsequit libertatē: in his terminis loquitur
l. nostra: in hoc tn̄ plenius distingue vt p Bar. ⁊ doc. i .l. iij. §. ij. §.
de condi. ob cau. ⁊ que hic desunt suppleas ex ibi traditis p doc.
¶ Glos. in verbo de dolo. diuiditur in duas. In prima l'timore
vnius ꝯrij qd̄ formabo nūc: exponit tex. ⁊ ponit primā solutionē
⁊ duas vtilitates ex illa solutiōe. In scd̄a q̄ est ibi: sed qdā dicūt.
gloss. ponit scd̄am sol. ⁊ eā reprobat, trib⁹ fundamentis. Prima
⁊ scd̄a pars pn̄t in particulas subdiuidi q̄ patent ex precedēti di
uisione: ⁊ q: ista glo. est summe obscura ⁊ inuoluta. Pro expedi
tione oppo. contra tex. in fi. qui vult, ꝙ in ꝯctu innoiato do vt fa
cias cōpetat actio de dolo. Cōtra: imo dz cōpetere actio pscrip.
verb. q: actio pscrip. ver. cōpetit ex tribus ꝯctibus innominatis
inter alios ex ꝯctu innoiato do vt facias: est bene verū quod ex cō
tractu innoiato facio vt des. ex illo solo bene cōpetit actio de do
lo: vt in. §. seq. ergo tex. male dicit: sed in alijs cōpetit actio pscri.
verb. Timore huius cōtrarij glo. in prima parte fatet contrariū
⁊ exponit tex. dum dicit de dolo. i. prescip. ꝟb. ꝓpter dolum: ⁊ sic
vult ꝙ oriatur actio prescrip. ꝟ. ⁊ nō actio de dolo. Et si tu dicis
si isto vltimo casu, qn̄ quis scienter dedit oritur actio prescri. ver.
⁊ non de dolo: certe non erit differentia inter casum precedētem
qn̄ quis ignorāter dedit, quo casu sibi cōpetit actio prescri. verb.
⁊ casum qn̄ sciēter qd̄ etiā tūc cōpetat actio prescrip. verb. ⁊ non
actio de dolo: ⁊ tn̄ tex. cōstituit euidēter differētiā. Rn̄det glos. lz
obscure qd̄ verū est qd̄ vtroq; casu ꝯpetit semp actio pscrip. ꝟb.
lz in vltimo casu actio prescrip. verb. ꝯpetit ꝓpter dolū. vt iuret in
litē. Et si tu dicis que vtilitas est an actio prescrip. ver. competat
ꝓpter dolum, an cōpetat nō ꝓpter dolum. Gl. obscure vult respō
dere ꝙ vtilitas est magna: q: qn̄ cōpetit actio prescrip. verb. pro
pter dolū ratione istius doli iurabit in litem: sed qn̄ cōpetit sine
dolo nō iuratur in litem. Itē est vtilitas qn̄ quis sciēter dedit rē
alienā ⁊ sic est in dolo pōt agi de euictione anteꝙ res euincat. l.
seruus. §. fi. ff. de act. emp. sed qn̄ sine dolo secus est. Istud vult di
cere glo. vsq; ad scd̄am partē ibi: sed quidā dicūt. Ista prima solu
tio nihil valet. Prima destruit tex. exponendo de dolo. i. actione
prescrip. verb. propter dolum. Scd̄o et adhuc fortius glos. male
dicit dum dicit ꝙ quando actio prescrip. verb. compent propter
dolum qd̄ ibi iuratur in litem istud est falsum: q: iuramentum in
litem de veritate vel affectionis non habet locum nisi in actioni
bus bonefidei vel stricti iuris arbitrarijs quando est contumax
in non parendo iudici: q: iussus iudicis parit iuramentum in li
tem. l. in actionibus. vbi dixi. §. de in litē iurā. ergo solo dolo non
pareret iuramentum in litē. Et in hoc vltimo reprehendunt glo.
Albe. ⁊ Fulg. hic. Ideo glo. in scd̄a parte principali ibi: sed quidā
dicunt. ponit aliam solutionem ad tex. ꝙ in isto tex. actio de do
lo non competit ex natura cōtractus innominati: q: iste nō erat
cōtractus innominatus facio vt des: lz erat do vt facias: ⁊ sic ex
natura istius cōtractus innoiati nō cōpetit actio de dolo: sed cō
petit quia contractus fuit ipso iure nullus: eo quia dolus dedit
causam contractui. Istam solutionem reprehendit glos. tribus
medijs. Primo q: dolus dans causam cōtractui si est cōtractus
bonefidei bene annullat ipso iure. l. eleganter. in prin. ff. de dolo.
sed hic erat contractus stricti iuris: ergo iste dolus dato etiā qd̄
dedisset causam contractui non annullaret ipso iure. l. dolo vel
metu. C. de inuti. stipu. Secundo hic dolus non dedit causam cō
tractui: quia ego non induxi te dolo vt contraheres: licet postea
in executione quādo dedi tibi seruuū sciebā esse alienum. Tertio
q: in hoc tex. ego qui dedi seruum non teneor ex meo facto: q: de
di dato qd̄ factū sit dolosū, sed ex tuo: quia manumisisti ⁊ sicut
ex tuo implemento ego obligor: ⁊ sic apparet ꝙ iste due solutio
nes sunt false. Unde Barto. ⁊ Pau. respondent ⁊ bene ꝙ in isto
tex. licet conceptio fuerit do vt facias: tamen ex parte eius qui fe
cit est facio vt des, ideo nimirum si facienti contra illum qui non
perfecte dat competit actio de dolo: et isto modo concordat cum
§. seque. sed tunc occurrit huic solutioni ⁊ obstat magna difficul
tas: quia si est contractus innominatus facio vt des et competit
actio de dolo subsidiaria quomodo poterit competere actio pre
scriptis verbis. Respondent Fulg. ⁊ Pau. de cast. hic: ꝙ ista re
media competunt ad diuersa. Item ambo sunt subsidiaria: ideo
bene possunt cōcurrere: ego puto quod isto casu quando compe
tit actio de dolo quod ibi non competat actio prescriptis verbis
vt declarabo statim in. §. sequen. ¶ Glos. vltima in verbo in fa
ctum. Diuiditur in duas prout duas ponit duas solutiones ad
cōtrarium in ea formatum, partes patent in gl. dicitur in tex. qd̄
si ille qui debet dare seruum dederit seruum alienum ignoranter
qui euictus sit. Julianus tenet contra eum cōpetere ciuilē actio
nem in factū. multum fortiter de directo obstat tex. in .l. iurisgen
tium in

tium in fine prin.§.de pac.vbi Julianus.et ibi relatus in tex.te-net de directo oppositū,ꝙ isto casu nulla ciuilis actio cōpetit sed a pretore datur actio que non est natiua sed datiua.glo.rñdet ꝙ ista debet intelligi ſm illam.Hec solutio procedere nō pōt quia cum ibi dicatur totum oppositū eius quod hic,quomodo possibile est ꝙ ista intelligatur ſm illam:necessario oportet dicere vt dicit glo.in secunda solutione ꝙ Julianus variauit z ibi tenuit vnum in hac.l.tenuit aliud:nec aliter commode responderi potest:et est expeditus iste.§.

1 Ex contractu innominato facio vt des contra non dantem competit actio de dolo.
2 Ordinatum ad factum censetur factum z non donatio.
3 Si cōpromittat sub pena an illa censeat adiecta facto an dationi.
4 In contractibus innominatis orit actio pscriptis vbis:secus in cōtractu facio vt des:sed actio de dolo,z que sit ratio.

Quod si faciā. Iste.§.est admodum breuis:sed ſm Pau.de ca.hic:facit difficultatē in hac materia plusꝙ alius tex.qui sit in hoc titu.Ita etiam dicit Pau.de ca.in.l.solet.§.eo.Raph.etiā in exordio dicit ꝙ iste §.habet subtilem z difficilē materiā z ꝙuis breuis sit:pōt tamen sic summari.h.d.Qui fecit,cōtra non dantē sola actio de dolo cō-
1 petit.h.d.¶ Nota ex tex.qd dictū est in summario,ꝙ ex cōtractu innoiato facio vt des,ei qui facit cōtra nō dantē nulla competit ciuilis actio:sed solū actio de dolo In quo subtiliter aduertendum est ꝙ glo.magna dum recitat opi.Joā.visa est sentire in ratione p eā reddita ꝙ ex neutra parte cōpetit actio prescri.vb.imo ex vtraqz parte cōpetit actio de dolo ratione equalitatis obseruāde qd est de directo contra.§.precedentē diceretur statim.§.post gloss.Sed habent aduertere iuuenes qd ad hoc vt.§.iste possit procedere tria copulatiue requiruntur.Primo requirit ſm omnes,ꝙ factum sit tale ex cuius implemento nihil adsit vtilitatis aduersario:tūc ei qui fecit bene cōpetit actio de dolo:ita proprie loquitur iste tex.exemplum pone,promisi ire ad plateam vt mihi dares centū:ego adimpleui,ex isto facto nihil tibi adest vtilitatis:ideo competit actio de dolo,tūc proprie procedit iste tex.Sed vbi ex implemento facti factum esset tale ꝙ adesset emolumētum aduersario qui promisit dare z tale implementū facti correspondet dationi:tunc competeret actio prescrip.ver.ſm opinionē Azo.relatā in gl.z cōiter approbatā vbi dicetur z in hoc oēs concordant ꝙuis pro certo magna videatur diuinatio ad hunc tex.Scdo requiri videt ꝙ aduersarius sit in aliquo dolo:als contra eū nō dareť actio de dolo nec pcederet iste.§.ita videt necessario pbare tex.in.§.precedēti.in fi.z ibi pōderat Pau.z hoc videtur etiā pbare tex.in.l.solet.ad fi.§.eo.z istud etiā facit magnam restrictionē ad hūc tex.Tertio reqri videt ꝙ factū sit tale qd repeti nō possit tūc recurrit ad actionē de dolo,z pcedit iste tex.Sed si factū esset repetibile tunc gdicit p condictionez ob causam:nec haberet locū ista actio de dolo.de qua loquit iste tex.q ſm Bar.succedit loco actionis pscri.ver.Et sic videtis ꝙ in angustū multum coarctat iste.§.¶ Gl.magna in ver.z ideo de dolo:diuidit in quinqz partes:si glo.habeat prout ego habeo.In prima opp.cōtra tex.z singulariter respōdet.In scda etiā opponit gtra tex.z dupliciter soluit.In tertia qrit de ratione,specialitatis ad hūc tex.In quarta etiaz opp.gtra tex.In quinta idem facit.scda ibi itē in hoc facio vt des.tertia ibi:sz quero quare.quarta ibi:sz nōne transactio.quīta z vlti.est ibi:itē cōtra.§.de cōdi.ob cau.Item tertia pnc.pōt subdiuidi in plures particulas quas signabo nūc dū assumā illā partē.In prima ergo parte,qz tex.videt psupponere ꝙ actio de dolo nō habeat locū nisi in isto contractu innoiato facio vt des z nō in alijs.Contra qd imo actio de dolo habeat locū etiā in gctu innoiato do vt des.est tex.in.l.cuz pponas.C.de dolo.vbi tu gtraxeras cōtubernium cū serua mea,cōuenit inter nos ꝙ ego darē tibi istā seruā manumittendam z tu dares mihi aliū seruū:z sic erat gctus innoiatus do vt des:pone dedi tibi ancillā meā z impleui pro parte mea tu nō vis mihi dare seruū:dicit ibi tex.ꝙ mihi cōpetit actio de dolo:z sic isto modo inducēdo videt obstare.Glo.rñdet not.ꝙ non est verum ꝙ ibi fuerit cōtractus innoiatus do vt des:imo vr gctus innoiat⁹ facio vt des.nā ego debebā manumittere ancillā meā:istud est facere,dedi tibi manumittendam tu manumisisti vñ est perinde acsi ego manu-
2 misissem.Et ex hoc habes no.ex glo.z Bar.no.multū ꝙ datio q principaliter ordinat ad factū censet factū z nō donatio.Sicut ecōtra factū qd principaliter ordinat respectu donationis cēset
3 datio z nō factū.l.v[illegible].§.si.ff.de verb.obli.Et ex hoc infertur ad aliā questionē:tota die fiūt compromissa in arbitros vel arbitratores,partes promittūt sub pena stare snie arbitri,an ista pena intelligatur adiecta facto,an vero intelligat adiecta dationi:nam parere snie istud est facti:partes ergo pmittēdo parere sententie arbitri sub pena videtur penā adiecisse facto:sed si nos cōsyderamus illud qd dicit ista no.gl.ꝙ qñ factū ordinatur ad aliquā dationē censet datio nō factū,snia arbitri cui parendū est in cōdēnatoria quātitatis:istud factū respicit illā dationē:ergo pena intelligit adiecta dationi z nō facto p istā gl.magistralem.Et ex hoc resultāt due vtilitates z duo notabiles effectus in practica.Primus effectus est:scitis ꝙ qñ pena adijcit dationi ꝙuis soluat in parte:pena tñ cōmittit in totū.d.l.v.§.fin.z in.l.in hoc iudicium.§.si rem.ff.cōi diuid.secus est qñ adijcit facto.l.iij.§.cato cū materia sua.ff.de vb.obli.Scdo sequit alius notabilior effect⁹ z istud est qd pluries hesitaui,nam pena adiecta quātitati censet adiecta in fraudē vsurarū z nō valet.l.iulianus.ff.idē papinia.ff.de act.empt.secus si adijciat facto.Sequit ergo ꝙ si fiat cōpromissuz sub pena qz partes pmittāt sub pena parere snie arbitri:licet istud videat factū,tñ qz istud pmittere penā respicit quātitatem seu dationem que gtinet in snia arbitri,istud factū censet datio:ergo pena censet adiecta dationi:ergo in fraudē vsuraruz ergo nihil valet.ergo sequit ꝙ pena que hodie apponit in cōpromissis peti nō pōt:nō excutio aliter veritatē:scio ꝙ passus est ambiguus.nā Ja.de but.z Bal.in.l.pmissis.C.de transac.z alibi sepe tenuerūt penam adiectā in cōpromissis valere z peti posse,prout etiam tenet Inno.in.c.tuam als suam.de penis.De hoc puncto.et de eo qd tangit in gloss.remitto vos ad plenius tradita per Bar.z alios in.d.l.v[illegible].§.si.ff.de verb.oblig.ponit bar.in.d.l.cū proponas.C.de dolo.z bene facit qd no.Bal.in pulchra.q.in.l.j.in.iij.q.C.de insti.z substi.z.l.j.in.vj.col.C.de actio.z ob.non.ex a minor aliter hic ex quo alij non tangunt.Tamen redeundo ad cōtrarium glo.Bartolus.j.respōdet aliter ad illam.l.cū proponas,ꝙ ibi ille qui dederat ancillam que fuit manumissa non agebat nec agere volebat ad implementum contractus vel ad interesse:sed volebat repetere illud qd dederat:z consequenter volebat repetere ancillam suam:sed qz istud erat impossibile postꝙ ancilla erat manumissa,qz libertas semel prestita amplius reuocari non potest:ideo loco condictionis ob causam que cōpetit ad repetendum qñ datū est repetibile,eius loco cōpetit actio de dolo:qz ibi factum erat irrepetibile quasi velit dicere.Bar.ꝙ.l.cum proponas.loquitur de actione de dolo que competit loco condictionis ob causam.tex.iste loquitur de actione de dolo que subrogatur loco actionis prescrip.ver.Et ex his habetis expeditum primū contrarium glo.Secūdum contrarium glo.de directo tendit cōtra tex.z est de.l.cū mota.C.de trāsac.illa est difficilior ꝙ lex que sit in illo tit.vbi erat cōtractus innoiatus facio vt des:z tñ ei qui fecit contra eū qui debet dare nō competit actio de dolo vt dicit tex.hic:sed competit actio prescrip.verb.Glo.respōdet dupliciter z primo ꝙ attenta forma cōuētionis in illo tex.in veritate nō fuit facio vt des:imo in veritate fuit conuentio do vt facias.ꝙ
a daretur certa bona vt a lite discederet z sic faceret.idio lz mater in faciēdo,vult dicere preuenerit glo.cōtractus innominati cognoscunt a modo ineūdi nō a forma exequendi:q opinio est falsa qz matri que fecit ex cuius parte est facio vt des,deberet competere,actio de dolo non prescrip.verb.Unde glo.scdo nō respondet z ista est vera:z istā teneo qd tex.noster qui vult ꝙ in gctu facio vt des oriatur actio de dolo non prescri.verb.pcedit vt.§.declaraui qñ factū est tale ex cuius implemento nihil adest emolumenti aduersario:tūc procedit iste tex.z tūc cōpetit actio de dolo.sed in.l.cū mota.illud factū est tale ex cuius implemēto querebat emolumētū aduersario ideo non sumus in casu istius.§.tunc illi qui fecit,cōpetit actio prescrip.verb.sicut in alijs cōtractibus innoiatis vt videbitis statim in sequēti parte glos.z istā teneo lz Bar.eā reprobet:nā dicit ipse ſm istam sol.actio presc.verb.ibi esset natiua:z tñ tex.dicit dandā:z ppterea tenet ipse ꝙ ideo ibi cōpetat actio prescrip.ver.qz factū erat tale qd repeti non poterat:ideo loco cōdictionis ob causam cōpetit actio pscrip.ver.ex equitate que est datiua.Ego dixi pluries ꝙ leges pleruqz dicūt dandā actionē nō ꝙ ppter hoc intelligāt actionē esse datiuā sed vtuntur isto ver.ac si diceremus actionē,accōmodandā z pstandā.ſm qd plene soleo ibi dicere ita ꝙ resideo in solutione gl.¶ Sum nūc in tertia parte gl.ibi:sed quero,in qua parte querit glos.de ratione quare ex alijs tribus contractibus innominatis semp cōpetit actio prescrip.ver.sed pro isto gctu innominato facio vt des non competit actio prescrip.ver.sed actio de dolo.Et est aduertēdū,qd glo.primo refert opi.Azo.qui declarat quādo iste.§.pcedat.Sed certe istud non est respondere ad questionem qz nos nō querim⁹ in quibus terminis procedat iste.§.sed querimus que sit ratio fallentie.postea assignat rōnē Jo.z illa est bñ ad ppositū questionis.Deinde gl.inherēdo opi.Azo.assignat aliā rōnem.Et ista tertia pars principalis pōt subdiuidi in.vi.aut.vij.particulas.In pma querit vt dixi de rōne spālitatis ad hūc tex.In scda recitat opi.Azo.ꝙ quā nō rñdet questioni proposite:sed bene declarat in quib⁹ terminis pcedat iste.§.In tertia glos.refert ꝙ Anto.Albe.Jo.z Ugo.reprobāt ista opinionē Azo.In quarta assignatur ratio Jo.In quinta ponitur impu-

gnatio rōnis cū aliquali tn̄ defensione. In sexta et vltima gl.no-
stra inherēdo opinioni Azo.assignat aliā rōnē specialitatis. secū-
da est ibi: rn̄deo fm Azo. tertia ibi: sz hāc distinctionē reprobāt.
quarta ibi: alij vt Io. quinta ibi: sed hoc nō vz. sexta ⁊ vltima est
ibi. est ergo ratio prima bona: ⁊ ista diuisio apit multū intellectū
ad illud qđ vult dicere glo.nostra.† Quero ergo de rōne spālita-
tis ad hūc text.quare in alijs tribus ꝯctibus innoīatis orit̄ actio
prescriptis verbis, in isto facio vt des nō orit̄ actio p̄scri.ver.sed
actio de dolo. Respondet dn̄s Azo ꝙ imo i ꝯctu innoīato facio
vt des si sit factū tale ex cuiꝰ implemēto aliqđ adsit illi cui implet̄
⁊ aliqđ absit ab eo ꝑ quē implet̄ tūc ꝯpetit actio p̄scrip.ver.sicut
ex alijs ꝯctibus innoīatis. qꝛ fm eū nō posset reddi ratio diuersi-
tatis inter istū ⁊ alios ꝯctus innoīatos ergo idez ius censendū.l.
a titio.in.fi.ff.de ꝟb.ob. sed qn̄ factū est tale.ex cuius implemento
nihil acquirit̄ ei cui implet̄, non pōt cōpetere tunc actio prescrip.
verb.tūc ergo cōpetit actio de dolo: ad istos terminos restringi-
tur.§.noster vt in his terminis loquat̄.et istā opi. Azo.tenēt oēs
scribentes indifferēter nullus discordat in hoc. Imo dicit Bar.
ꝙ istamet distinctio posset adhiberi in ꝯctu innominato facio vt
facias. puto aduertendū lz oēs teneāt cū opi. Azo.tn̄ videt̄ mihi
ꝙ dissentiant: qꝛ dn̄s Azo requirit duo quod factū sit tale ex cu-
ius implemento adsit aduersario. Itē ꝙ aliquid absit implemēti:
⁊ tn̄ doctores solum ponderant ꝙ factuz sit tale qđ aliquid adsit
illi cui implet̄, nec curant ipsi vtrum aliqđ absit illi q implet et tn̄
Azo ista duo requirit copulatiue: istud est qđ videt̄ mihi discre-
pare ab opi. Azo. Contra istam opi. Azo.que est cōis ⁊ vera glo.
allegat.l.actione.C.de transac.⁊.l.solēt.in.fi.j.eo. Ad.l.actione.be
ne facile pōt respōderi, sed ad.l.solēt.credo ꝙ nō possit responde-
ri.dicā.j.vbi videbimus si possibile erit concordare ista iura. Se-
cunda est ratio Io.qui dicebat, ita statutū esse ꝓpter equalitatez
seruādam vt habetis in gl. q. ista rō p̄supponit ꝙ ratione equalita
tis obseruāde in ꝯctu facio vt des sicut ex parte faciētis compe-
tit solū actio de dolo qđ idē sit ecōtra qđ ex parte dantis solū cō-
petat actio de dolo. istud est de directo cōtra.§.precedentē.vbi in
ꝯctu do vt facias cōpetit actio p̄scri.ver. Alia assignat̄ rō ibi, est
ergo ratio prima bona ⁊ ista ratio ꝓcedit tenēdo opi.⁊ restrictio-
nem Azo.ad hunc tex.nā quādo est factuz ex cuius implemento
nullū querit̄ emolumētum aduersario tūc nō ꝯpetit actio p̄scrip.
ver. ꝗ ꝯctus innoīati sunt nudi ⁊ de se nō producūt actionem sed
vestiunt̄ sequuto implemēto, qn̄ ergo tu facis, ⁊ mihi nihil querit̄
certe est perinde acsi nihil impleres ex quo per tuū implementū
nihil querit̄ mihi, ergo ex isto implemēto facti tanꝙ inutili non
vestit̄ contractus innominatus. Et si quis vellet forte instare for
te ꝙ posset sustinere istā rōnem: tn̄ videt̄ ꝙ nō sit bona qꝛ ex quo
ita conuētum est inter nos, ⁊ impleo qđ inter nos ꝯuenit dato ꝙ
illud factū nō auferat tibi vtilitatē, tn̄ satis dicor implere, ⁊ tu sa-
tis diceris lucrari ex quo voluntatē tuā imples.text.est.in.l.pe.cū
glo.⁊ ibi ponderaui.s.de cōdi.ob cau. Quid tenendū: ista est in-
ter summas ⁊ alias difficultates iuris ciuilis in qua lz vnusqsqz
pro ingenij sui qualitate laborauerit ad aliquid inueniendum, tn̄
eorū opiniones omnes subuertunt̄: ⁊ eorum labor in irritū cedit
⁊ varie opi.referunt̄ in.d.l.cū mota. Et reiectis eoꝝ opinionibus
vanis: facio istā cōclusionē ꝙ cōiter tenet̄ opi. Azo.ꝙ si factū sit
tale.ex cuius implemento non querat̄ cōmodū aduersario nō cō-
peteret actio prescrip.verb.sed competit actio de dolo: ita restrin
gitur necessario iste tex. sed qn̄ factū est tale ex cuius implemēto
aliquid adest aduersario, isti facienti ita cōpeteret actio prescrip.
ꝟ.sicut in alijs cōtractibus innominatis. Et si dicis que est ratio
diuersitatis rn̄deo ꝙ rō diuersitatis est quā posuerūt Pe.et Cy.
in.l.ex placito.in.v. q.C.de rerum pmu.quam sibi ascribit Bart.
hic. Ego tn̄ adhuc clarius assignabo ⁊ breuioribus ꝟbis.† nam
actio prescri.ꝟ.⁊ actio in factū nō competit nisi vbi subest equitas
ꝓpter quam cōpetere debeat, vt apparet ex multis legibus huius
tit.⁊ ex.l.quoties.cū glo.j.eo.mō sic, qn̄ factū meū qđ impleui nō
correspondet dationi tue, quia ex illo facto nihil tibi querit̄, cessat
equitas ꝙ ꝓpter tale factū qđ tibi nullo vsui cedit debeā habere
actionē p̄scri.ꝟ.vel in factuz.tn̄ qꝛ faciens reperit̄ deceptus si iste
nō seruat cōuenta postꝙ ille fecit illud qđ cōuenit, tunc nō seruā
do dicitur in dolo: vt dicit tex.in.l.ij.§.circa.ff.de excep.doli.ideo
ꝓpter hoc datur actio de dolo. sed quando factum est tale ex cu-
ius implemēto querit̄ cōmodū aduersario: tūc cōpetit actio pre-
scrip.ver.⁊ tunc subest equitas.et ista est ratio que pōt assignari
si qua pōt assignari. Et si tu dicis tenēdo istā cōmunez sniam qđ
rn̄des ad.§.precedē.vbi dedi seruum meum, vt tu manumitteres
tuuz: manumisisti: ⁊ sic fecisti euincit̄ seruus quē dedi: ⁊ sic ibi est
facio vt des: ⁊ tn̄ cōpetit actio p̄scri.ver.⁊ nihilominus ibi est fa-
ctum: ex quo querit̄ emolumentum mihi: aut saltē alteri, ⁊ paria
sunt ꝙ querat̄ mihi: aut alteri.l.solutā.ff.de solu.⁊ tn̄ ibi competit
aliud remedium ꝙ hic: qꝛ si sciēter dedi competit actio de dolo si
ignoranter actio in factum. Ego dixi in.§.preceden.qđ durum

est concordare istos tex.si volumus dicere qđ ibi factū sit tale ex
cuius implemēto querat̄, nō discordat qꝛ tūc competit actio p̄-
scrip.ver.sed dicat Bar.quātum velit qꝛ ibi ex facto nihil queri
tur ei qui debet dare. Nec possumꝰ dicere ꝙ paria sunt qꝛ.d.l.so
lutam.ꝓcedit qn̄ alij soluit̄ de voluntate mea a quo possum repe
tere ⁊ sic fm veritatem nullum emolumentum mihi adest ⁊ tamē
ibi compe.actio prescrip.verb. et sic contra tex.nostrū debes re-
spondere ꝙ regula tex.nostri que vult, ꝙ qn̄ ille qui fecit tale fa-
ctum ꝑ qđ mihi nihil querit̄ qđ tūc nō cōpetat actio prescrip.ꝟ.
sed actio de dolo cōtra me qui debeo dare est verū, qn̄ ego qui te
neor dare nihil dedi tunc cōtra me vt dem nō cōpetit actio pre-
scrip.verb. ita loquitur ille tex.sed qn̄ ego q teneor dare dedi sed
non perfecte: qꝛ seruus quem dedi me ignorante erat alienus tūc
contra me (vt perfecte impleam qđ cepi dare) bene cōpetit actio
prescrip.ver.qꝛ postꝙ pro illo facto inutili cepi dare videor consy
derare tacite qđ illud factū ꝙuis inutile recōpenset̄ dationi ⁊ sic
videor renūtiare huic inequalitati lz datio sit maior ꝙ ipsum fa
ctum: ⁊ tunc ex ista mea tacita voluntate quā accōmodaui cōpe
tit actio prescrip.verb.ad perfecte implendū: ita ꝓprie loquitur
§.p̄cedens. sed qn̄ ego nihil cepi dare ⁊ factū nulla ex parte pōt
cōmensurari dationi ego nō possum cōpelli ꝑ actionem prescri.
verb.ad dandū.ita subtiliter debēt isti tex.concordari ⁊ fuit satis
de mente Pau.de cast.hic. Vel scđo ⁊ clarius ego rn̄deo ⁊ istud
adhuc mihi magis placet.tn̄ non credo ꝙ ita fuerit de mēte isto
rum iurium qđ hoc vt in cōtractu innominato facio vt des oria
tur actio de dolo requirit̄ ꝙ interueniat dolus vt probatur in.§.
precedenti vbi declaraui ⁊ dixi.s̄.in no. Sed qn̄ quis tenetur da
re ⁊ dat bona fide, ꝙuis in veritate res sit aliena certe i eo nō po
test deprehendi aliquis dolꝰ: ideo nimirum si nō pōt competere
actio de dolo.⁊ in istis terminis ꝓprie loquit̄.§.precedens.⁊ ista
solutio placet. Stat ergo ex predictis oībus ꝙ in cōtractu inno-
minato facio vt des, si factum sit tale ex cuius implemento aliqđ
adsit aduersario oritur actio prescrip.ver.sicut ⁊ pro alijs cōtra
ctibus innominatis: sed qn̄ ex implemento talis facti nihil adest
aduersario.tunc proprie loquitur iste tex.tunc ei qui fecit solum
competit actio de dolo: ita tenent omnes nemine discrepante et
ita restringitur tex.noster. Contra istud multuz fortiter ob.tex.
in.l.solent.ad fi.j.eo.⁊ ibi Pau.de ca.dicit ꝙ istud est difficile cō
trarium ⁊ qđ vix pōt rn̄deri: ibi eīn conuentū erat vt indicarem
tibi seruū tuū qui erat in fuga ⁊ tu dares mihi decē, ⁊ sic erat con
tractus innominatꝰ facio vt des, pone indicaui ⁊ sic feci q̄ actio
oritur mihi contra te: ibi dicit tex.ꝙ oritur actio prescrip.verb.
qꝛ ex illa indicatiōe ⁊ sic ex illo facto meo adest tibi. Subdit tex.
ꝙ si dolus aliquis arguatur etiā actio de dolo cōpetit ergo in cō
tractu innoīato facio vt des qn̄ ex implemento facti adest, aduer
sario oritur etiā actio de dolo.ergo cōtra tex.⁊ cōmunem opic.
⁊ de isto tex.op.glo.nostra in ista tertia parte: ⁊ dicit ꝙ ibi respō
dit. Ibidē glo.conatur varijs modis respōdere ⁊ tenet illā respō
sionem ꝙ ibi mutet̄ casus truffa est vt patet ex serie litere. Albe.
hic aliter respondet ⁊ dicit, ꝙ tex.in.d.l.solent.ad fi.nō loquit̄ de
dolo debentis, dare sed de dolo indicantis seruū: inuenio quod
ita etiā dicit Bar.in.d.l.solent.in summario suo. sz certe nihil est
dicere qꝛ ibi ille q indicauerat seruuz est ille q agebat si ibi fuisset
ipse in dolo ⁊ loqueret̄ de dolo indicātis qn̄ ex dolo ꝓprio daret̄
sibi actio, ridiculū est qꝛ imo repelleret̄ ꝓpter dolū suū: ergo ne-
cessario loquit̄ ibi de dolo cōuenti nō de dolo indicantis vt dicit
Albe. puto ꝙ vera solu.ad illū text.sit ibi qs ꝓmiserat indicare
seruū fugitiuuz: seu illuz inueniri ⁊ dn̄s ꝓmiserat sibi puta.x.sci-
tis bene ꝙ ex sola indicatione nō dz cōsequi.x.nisi etiā eū appre-
hendat.tex.est in.l.si barsatorē.C.de fideius. tūc sic: pone iste qui
promisit indicare, indicauit ⁊ apprehendit: certe cōtra dn̄m com
petit sibi actio prescrip.ver.nisi aliquis dolus dn̄i arguatur qꝛ ne
teneret̄ ad.x.conuenta dolo versatus est ne apprehenderē seruū:
ideo dicit tex.ꝙ si arguat̄ dolus ꝙ dn̄s etiā tenet̄ de dolo nec vi-
deatur absurdū ꝙ actio prescrip.verb.subsidiaria cōcurrat cuz
actione de dolo etiā subsidiaria, qꝛ duo remedia subsidiaria pn̄t
cōcurrere. ¶ Extra glo. Bar.format duas op.qn̄ isti cōtractus
innominati cōcipiuntur negatiue qn̄ purificetur cōditio vt pos-
sit agi, remitto me ad pleniꝰ scripta per Bar.in.l.siue apud acta.
vbi ⁊ videbimus seq.anno.C.de transact.

1 ☞ Contractus innominatus habet vim mandati.
2 Mādatum an debeat esse gratuitum.
3 Quando est dubium an aliquis sit contractus nominatꝰ recur
rimus ad innominatum.
4 Contractus innominati assumunt naturam illam cōtractus no
minati cui assimilantur.
5 Quomodo cognoscantur contractus innominati

Sed si facio. Ex ꝯtractu innoīato facio vt facias orit̄ actio prescri.ver.q̄ hz similitudi
nem cum actione mādati.h.d. Et quia in tex.quedam sunt adeo
breuiter

breuiter dicta ꝙ eoꝝ sensus reddit aliqualiter obscurus: ⁊ iuris/cōsult⁹ ponit pulchrā allegationē argumētoꝝ: ideo tex. sic declaro: nā in tex. ponunt duo exēpla istius ꝯtus innoiati facio vt facias. Primū exēplū est: conuenimus ad inuicē ꝙ exigerē debitores tuos carthagine: tu aūt exigeres debitores meos rome, et sic est facio vt facias: pone impleui pro parte mea: tu nihil impleuisti q̄ actio cōpetit mihi ꝯtra te ⁊ ad qd cōpetit. Scdm exemplū est: cōuenimus ad inuicē qd facerē quoddā edificiū in aliquo tuo solo, tu faceres mihi aliud in meo, ego feci, tu cessas q̄ actio cōpetit mihi cōtra te: ⁊ circa istud scdm exēplum iurisconsultus nihil arguit tanꝙ clarū sit. sꝫ in primo exēplo iuriscōsultus multū accurate ꝓcedit arguēdo: ⁊ primo dicit videri qd iste sit ꝯt⁹ mādati: ptꝫ q: sine mādato ego non potuissem exigere debitores tuos nec tu meos: ⁊. h. d. vsqꝫ ibi: ꝙuis enim: ibi opponit cōtra qd iste non possit dici contractus mandati. de natura contractus mandati est ꝙ mādatari⁹ exequat mandatū non suis sumptib⁹ sed sumptibus mādatis. l. idēqꝫ. §. idē labeo. ff. mā. l. q ꝓprio. §. litis. ff. de procur. Sed si debeo exigere debitores tuos rome meis impensis, ⁊ tu meos carthagine tuis impensis: ergo istud nō pōt dici mādatū: ⁊ istud dicit tex. in istis paucis ꝟbis ꝙuis enim ⁊ impēdia sequant. ⁊ ad istud argumentum iuriscōsult⁹ in paucissimis ꝟbis dupl'r rn̄det. Primo in illis ꝟbis, tn̄ mutuū officiuꝫ pstam⁹ vbi vult dicere tex. ꝙ nō est verū ꝙ hoc mādatū consyderato effectu mādet executioni expēsis mādatarij: ptꝫ q2 cuꝫ debeā exigere debitores tuos meis expēsis ⁊ tu meos tuis expēsis facta mutua cōpensatione apparebit ꝙ in tātum impēdis pro me quātū ego pro te: ⁊ sic in effectu ego nō exequor mādatū meū tuis expensis. Scda rn̄sio ponit ibi, ⁊ pōt mandatū: vbi scdo mō ⁊ notabilit⁹ respōdet tex. Ego fateor ꝙ de natura mandati est ꝙ mandatarius exequat mādatū nō suis expēsis: sꝫ mādātis. tn̄ illud qd est de natura ꝯt⁹ pōt p pactuꝫ immutari, nec per hoc desinit esse ille cōtractus vt hic: ⁊ l. j. §. si ꝯuenerit. ⁊ l. lucius. ⁊ l. dies spōsaliorum. ff. depositi. ergo istud qd est de natura mādati potuit mutuari p pactū qd mādatarius exigeret expēsis suis meū debitorē et ego suū ⁊ tn̄ erit mādatū: ⁊ istud dicit tex. ibi: ⁊ pōt mādatum ⁊c. Et qd istud sit verū ꝓbat tex. in ꝟ. possuꝫ eni tibi mādare. tenēdo fm intellectū glo. nostre, qd iste ꝟ. nō loquat de ꝯtu mandati sed de ꝯtu locationis: nā de natura locationis ⁊ cōductionis est ꝙ conductor teneat tn̄ de lata ⁊ leui culpa: q: ꝯtus celebrat grā vtriusqꝫ: tn̄ p pactū pōt fieri ꝙ ꝯductor rei teneatur etiā pstare custodiam ⁊ ꝯñr etiā teneat ⁊ leuissima culpa ⁊ tn̄ erit locatio: ⁊ istud dicit tex. ibi possum eni tibi mādare vt ei custodiam mihi prestes ex istis subdit tex. in. q. nr̄a ꝙ si cōuenimus qd exigerē debitores tuos carthagine ⁊ expēderē decē ducatos, tu sil'r exigeres debitores meos rome ⁊ expēderes etiā. x. ducatos si hoc inde expendimus quātitatē cōuētā nulla dubitatio est: sinautē non fuit expssa quātitas sꝫ simpl'r ꝯuētū ꝙ vterqꝫ expēsis suis exigeret: pone exposui plusꝙ tu: dicit tex. ꝙ nec istud facit qn sit mādatū, q2 de natura mādati est, ꝙ si mādatarius aliquid expēdat in re mandantis qd possit illud petere atione madati: ergo in casu nr̄o potest actiōe mādati petere qd illd plus refundat sibi: ergo apparet ex istis oībus ꝙ in ista q̄ōne cēseat esse ꝯtus mādati. Istis tn̄ non obstantibus iurisconsultus in ver. sed tutius erit: decidit quod in vtroqꝫ exemplo tutius est dicere competere actionem prescr. ver. que tn̄ actio erit similis actioni mandati et habebit illam naturā quā hꝫ actio mādati, sicut in. §. ⁊ si quidē. ꝟ. ea. l. ille ꝯtractus innoiatus assimilat emptioni: ⁊ in. §. at cū do. ꝟ. ea. l. ille ꝯtus innominat⁹ assimulat locationi. Iste est casus nitidus et clar⁹ in hoc tex. q ꝓpter breuitatem multū videbat obscurus. ¶ † Noto hoc
1 esse no. ꝙ si appareat instrm ꝯuentionis celebrate inter te ⁊ me ꝙ ego tenear exigere debitores tuos carthagine, ⁊ tu meos Rome ꝙuis aīr nō appareat ꝙ ego dederim tibi mādatū spāle ad exigendū: tn̄ ostēdēdo istā ꝯuētionē, ex ista cōuentione potes exigere debitores: sicut si tibi spāliter mandassem: casus est hic. Pau. de ca. no. ⁊ dicit esse multū notādū ⁊ signādū. adde qd hic est text. sing. ꝙ ꝯtu innoiat⁹ hꝫ vim mādati fm bal. in. c. ex parte. el. ij. in. vj. col. de rescrip. ¶ Scdo not. diligēter ex text. ibi: in pore ⁊c.
2 hic esse tex. expressum quē doc. in varijs locis multū no. ꝙ lꝫ mandatū debeat esse gratuitū ⁊ pcurator dicat, ille q gratis negotia dn̄i administrat: vt ingt gl. in. l. j. in pn̄. ff. de pcu. ⁊ io pcuratores nostri tpis nō ꝓprie dn̄r pcurare: q2 mādatū gratuitum nō exequunt. Istud est verū ꝙtū ad ipsum pcuratorē ⁊ dn̄m, q2 ꝙtum ad ipsos nō est ꝓprie mādatū: sꝫ quātū ad pcuratorē ⁊ illū cōtra quē agit vr̄ esse mādatū: al's nunꝙ posset pcurator agere: q2 diceret reus tu nō habes mādatuꝫ. casum habetis hic meliorē de corpore iuris. Ita ponderant istū tex. Ab. Bar. ⁊ oēs hic: ⁊ originaliter Cy. in rub. C. de pcu. in. j. q. ad fi. Bar. ⁊ alij in. l. litē. C. e. ⁊ in. l. j. in prin. in vlti. q. ff. de pcur. Cano. in. c. j. vbi tex. de syndico: ⁊ in istis locis doct. solū alleg. tex. nostrum: tn̄ posset subtiliter dici ꝙ iste tex. nihil ꝓbat ꝓpter illud qd rn̄det lr̄a ibi: tn̄ mutuū
3 officium prestam⁹ declarando vt. s. declaraui. ¶ † Tertio no. in ver. si. sꝫ tutius erit. ꝙ qn̄ dubiū est an sit aliqs ꝯtus noiatus ratione dubij recurrim⁹ ad innoiatū ⁊ cōpetit actio pscri. ꝟ. innominata. Voluissem qd iuriscōsul. in decisione ⁊ respōsione demonstrasset quare nō sit mādatū: credo ꝙ voluerit dicere rōne dubij. tex. est in. l. j. ꝟ. de estima. act. ⁊ tex. fortior est in. l. j. ꝟ. eo. In ꝯtrarium ego alle. tex. in quo volo ꝙ cogitetis: tn̄ pōt rn̄deri in. l. ij. ꝟ. loca. Et no. vnū, ꝙ sicut in emptione ⁊ vēditione: ita in locatiōe ⁊ conductione necessario requirit preciū in pecunia numerata: al's nō est locatio nec cōductio sed ꝯtus innoiatus. §. ⁊ si quidē. ꝟ. §. at cum do. ꝟ. ea. l. pone ꝯduco operariū ad laborandū in vinea mea: ⁊ qd iustū fuerit illi dabo, nō est dubiū ꝙ qn̄ precium non est taxatum qd intelligit qd soluat fm qd est consuetum dari similib⁹ ꝑsonis. l. excepto. C. loca. quis erit iste contractus. Bal. in. l. ꝯtus. in. iij. col. C. de fid. instru. melius ꝙ alibi legerim declarat istum ⁊ similes casus, ⁊ dicit ꝙ non est locatio sed ꝯtractus innominat⁹: poterat allegare tex. expressum de hoc in. l. si tibi polienda. j. eod.
